

TRACTATVS de legibus et consuetudinib-

bus regni Anglie , tempore Regis Henr= ei secundi compositus, Iusticie gubernat= cula tenente illustri viro Ranulpho de Glanuilla iuris regni & antiquarum consuetudinū eo tempore p= ritissimo. Et illas solū leges continet et consuetud= ines secundum quas plac= citas tur in Curia Regis ad scaccarium et coram Iusticiis vbi cun= que fuerint.



Huic adiecræ sunt a quodam legum studioz= so annotationes aliquot marginales non inutiles.

Prologus.



Egiam potestate*nō*
solum armis cōtra rebels
les et gētes sibi regnoque
insurgentes oportet esse
dēcoratā, sed et legibus,
ad subditos et populos pa-
cifice regendos, decet esse ornatam, vt vtraz
quē tempora pacis, et belli Gloriosus Rex
noster ita feliciter transigat, vt effrenatorum
et indomitōrum dextra fortitudinis, eliden-
do superbiam, & humilium, et mansuetoz
rum equitatis virga moderando iustitiam,
tam in hostibus debellandis semper victo-
riosus existat, quam in subditis tractan-
dis equalis iūgiter appareat. Quam elegans
ter autem, quam strenue, quam callide, ho-
stium obviando malitiis, excellentissimus.
Rex noster hostilitatis tempore armatam
exercuerit militiam: nemini venit in dubio
cum iam in omnem terram exierit laus
eius, et in omnes fines orbis terre magnalia
eius. Quim iuste, q̄ discrete, & quam misera
ricorditer, erga subditos suos tempore pacis
ipse pacis amator et auctor, se habuerit, non
abigitur. Cū tante equitatis sit sue celsitudi-
nē.

Prologus.

nis curia, ut in ea nullus iudicium, tam attritæ frontis, tam temerariæ sit presumptionis qui a iustitiæ tramite aliquatenus audeat desclinare, aut veritati vllatenus presumat contrarie. Ibi enim pauperē non opprimit aduersarii potentia, nec a limitibus iudiciorum propellit quenquam amicorum fauor, aut gratia. Legibus namque regni et consuetudinibus de ratione introductis et diu obstantis, et quod laudabilius est, talium viorum (licet subditorum) Rex noster non de dignatur consilio, quos morū grauitate: pœnititia iuris et regni cōsuetudinibus suæ sapientiæ et eloquètiæ prerogatiua, aliis nouit præcellere, et ad causas mediante iustitia deciendās, et lites dirimendas, nunc seuerius, nunc mitius agendo, prout viderint expediti, ipsis rerum argumentis comperit cum ratione promptissimos. Leges namque anglicas licet non scriptas leges appellari, non videtur absurdum cum hoc ipsum lex sit quod principi placet, et legis habet vigorem eas scilicet, quas super dubiis in consilio definiendis, procerum quidem consilio, et principis accedente authoritate constat esse promulgata.

Prologus.

mulgas. Si enim ob scripture solummodo defectum leges minime censerentur, maioris (procul dubio) autoritatis robur, ipsis legibus videretur accommodare scriptura, quam vel decernentis equitas, vel ratio stantibus leges autem et iura regni scripto auctem vniuersaliter concludi, nostris temporibus omnino quidem impossibile est, cum propter scribentium ignorantiam, tum proprietate earum multitudinem confusam: verum sunt quedam in curia generalia, et frequenter visitata, que scripto commendare non mihi videtur presumptuosum, sed et plerisque perutile, et ad adiuuandam memoriam admodum necessarium. Harum itaque perticulae quandam, in scripta redigere decreui. Stilo vulgari, et verbis curialibus utens, ex industria, ad notitiam comparandam eis qui huiusmodi vulgaritate minus sunt exercitati. Ad quorum evidentiam presens opus libris et capitulis sequentibus distinxii.

FINIS.

A.iii.



Hic incipit liber primus Folz
de placitis, que pertinent ad curiam
Regis.

Capitulo. .



Lacitorum , aliud est criminale , aliud ciuile . Itē placitorum criminalium , aliud pertinet ad coronam domini Regis , aliud ad vicecomitem , punciarum ad coronam domini Regis , pertinet ista . Cap. 2.

Crimen quod in legibus dicitur crimen lese maiestatis , ut de neco vel seditione persona domini Regis vel regni , vel exercitus occultatio inuenti thesauri fraudulosa , plus circa de pace domini Regis infracta homicidium , incendium , roberia , raptus , crimen falsi ; et si quae sunt similia . Que scilicet crima na vltimo puniuntur suppicio , aut membro sum truncatione . Excipitur crimen furti .

A. iiiij. quod

Liber primus.

Cognitio quod ad vicecomitem pertinet, et in eomita-
tibus placitatur et terminatur ad vicecomi-
te etiam pertinet per defectum dominorum:
furti detra- hitur vice- cognoscere de medletis, de verberibus, de
comiti sta- tuto mag- plagi; etiam nisi accusator adiciat de pace
ne carte. domini regis infracta. Cap.3.

Cap.17.

Placitum ciuile aliud in curia domini Re-
gis tantum placitatur et terminatur aliud ad
vicecomites provinciarum pertinet. In Cu-
ria domini Regis, habent ista tractari et ter-
minari placitum de baroniis, placitum de ad-
uocationibus ecclesiasticis. **Questio status**,
placitum de dotibus unde mulieres ipse nil
penitus perceperunt. **Querela de fine facto**
in curia domini Regis non obseruato, de
homagiis faciendis, et releviis recipiendis,
de purpresturis, placitum de debitibus laicos-
rum. Et ista quidem placita solummodo su-
per proprietate rei prodita sunt, de illis autem
que super possessione loquuntur: et per res
cognitiones placitantur et terminantur ins-
ferius suo loco dicetur. Cap.4.

¶ Ad vicecomites pertinent ista. Placitum
de recto de liberis tenementis per breue do-
mini Regis, ubi curia dominorum probatur
de recto

Ac recto defecisse, quod qualiter fieri debet
at inferius suo loco dicetur. Placitum de na-
tus, sed per breue domini Regis. Cap.5.

Cum clamat quis domino Regi aut ei-
us iusticiis de feodo aut de libero tenemens-
to suo si fuerit querela talis, quod debeat vel
dominus Rex velut in curia sua deducit: tunc
is qui queritur tale breue de summonitio-
ne habebit. Cap.6.

Rex vicecomiti salutē precipit. A. quod iū-
ste et sine dilatione reddat. B. vñā hidā ter-
re in villa illa vnde idem. B. queritur quod
predictus. A. ei deforciat: et nūl fecerit sum-
mone eum per bonos summonitores quod
sit ibi coram me vel iusticiis meis in crastis
no post octabis clausi pasche apud locum
illum, ostensurus quare non fecerit. Et habet
as ibi summonitores et hoc breue. Teste Ras-
nulpho de Glanvilla apud Clarindon.

Caput,7.

Summonitus autem ad diem prefixum
aut venit aut non, aut nuntium, aut effoniū
mittit: aut neutrum. Si neque venit, neque
mittit: adueriarius eius qui petit aduersus
cum, dic statuta coram iusticiis appareat. et
se ads

Liber priamus.

se aduersus eum liti offerat: et ita in Curiis
a per tres dies expectabit. Si vero nec quarta
die venerit apparentibus sumonitoribus, et
assisteretibus, se bene cum sumonuisse, et idem
probare se offerentibus iuxta considerationem
curie: iterum per aliud breue sumonebitur
per interualla quindecim dierum ad minus.
Et erit breue ut veniat responsurus tam su-
per capitali placito: quam super eo q[uod] ad primam
sumonitionem non venit. Et ita tribus sum-
monitionibus sub hac forma emissis: Si non
ad tertiam sumonitionem venerit, neque miser-
rit, capietur tenementum in manum domini
Regis: et ita per quindecim dies remanebit.
Et si infra illos quindecim dies non venerit
aduersario eius adiudicabitur seifina, ita q[uod] de
cetero non audiatur, nisi super proprietate per
breue domini Regis de recto. Si vero infra il-
los dies quindecim venerit: volens replegiare
tenementum, precipietur ei quod ad quartum
dieni veniat, et habebit quod de iure habere
debet: et ita poterit seifinam recuperare si ven-
erit. Si vero ad tertiam sumonitionem vene-
rit, et premissas sumonitiones recognoverit,
statim amittit seifinam, nisi dies saluare pos-
sit per

sit per dominum Regem warrantum, et per
breve quod incontinenti ostendat.

Cap.8.

¶ Rex Iustus salutem warrantizo. B. qui
fuit apud illum locum per preceptum meum
illo die, in seruicio meo, et ideo coram vobis eo
die a suis nostris interesset non potuit, et vo-
bis mando quod pro absentia sua illius dicti eum
non ponatis in defalcationem, nec in aliquo sit
perdens. T. &c.

Cap.9.

Si summonitiones omnes negauerit: pro-
qualibet iurabit duodecima manu: et si unus
iuratorum die statuta defecerit: aut persona
alicuius eorum iuste excipi possit sine recu-
peratione alterius iuratoris eadem hora se
signam suam amitteret propter defalcationem. Si ve-
ro sufficenter iuratum fuerit, eo die de plaz-
ito respondebit.

Cap.10.

Si ad primum diem non venerit summoni-
tus: sed se effoniauerit, si effonium fuerit ra-
tionabile, recipietur. Et ita tribus vicibus con-
tinue poterit se effoniare. Et quia variis ex
causis contingit aliquem se effoniare, & iuste,
de diversis generibus effoniorum videamus.

Cap.11.

Effoniorum

Liber primus.

Effoniū aliud prouenit ex infirmitate at
Effoniū de liud aliunde prouenit. Item cū ex infirmitate
reſeantūſi iꝫ quandoque ex infirmitate veniendi quādos
dem valet que interuenit ex infirmitate de reſeant
quod effoꝝ uſa. Cap. 12,

nium de **¶** Summonitus itaque ſi ad primum diem
malo lecti per infirmitatem veniendi fecerit ſe effoniare,
erit in electione aduersarii presentis : vel
exigere probationem legittimam illius effoꝝ
fonii ab eo effoniatore, eo die vel plegium
inueniet, vel fidem dabit, quod ad diem noſ
minatum habebit garantum ſuum de illo
effonio, et ita tribus vicibus continua poterat
ſe effoniare hoc modo. Et ſi tertio die non
venerit, neque ſe effonauerit: tunc conſiderabitur
quod ad alium diem ſit in propria
perſone, aut pro ſe ſufficientem reſponsalem
mittat ad lucrandum vel perdendum pro
eo loco ſuo, et ſic quicunque die ſtatuta
ſuo loco venerit: offerens ſe defenſioni ille
lius cum litteris eius, vel ſine litteris: Si noſ
tum ſi eum eſſe coniunctam perſonam abſ
entis: pro eo accipietur in Curia ad lucran
dum vel perdendum. Si vero ad quartum di
em poſtria effonia venerit, et omnia effo
nia

nia warrantizauerit? probabit quodlibet effsonium iure iurando propria et vnica manu et sic de placito eodem die respondebit. Si ad quartum diem neque venerit, neque sponsalem miserit, capietur tenementum in manu domini Regis missio breui a curia ad vicecomite illius prouincie vbi tenementum illud est quod breue est in hec verba. Ca.13

Jure iurans
do libera-
tus est effos-
niatus stas-
tuto marles-
br. Cap.19.

¶ Rex viē salutem precipio tibi quod si-
ne dilatione capias in manum meam, mes-
diatatem terre de illa villa, quam M. clamat
ad dotem suam versus. R. de qua placitum
est inter eos in Curia mea, et diem captio-
nis Iusticiis meis scire facias. Et summone
per bonos summonitores predictū. R. quod
sit corā me vel iusticiis meis apud vvestmos-
nasterium a crastino octabis clausi paſche, in
quindecim dies, auditurus inde iudicium su-
um. Et habeas ibi summonitores et hoc bres-
ue. T. Ranulpho de glanuilla apud vvestmos-
nasteriū. &c. Et preterea precipietur viē illius
prouincie, ut effoniatores illos capiat, et trans-
q̄ falsarios per hoc breve retineat Cap.14.

¶ Rex vicecomiti salutē precipio tibi, q̄ sine
dilatione, diligenter queras per comitatum
tuum. A. qui falso effoniauit. B. versus. C. in
curia

Liber secundus

curia mea, et saluo facias eum custodiri, donec aliud inde habueris preceptum meum T.&c. Et preterea interim sumonebitur principalis reus: quod sit coram domino Rege, vel Iustitiis eius, ostensurus quare effoniatorum suis non warrantizauerit, & de capitali placito responsurus? Preterea, sumonebitur plegius effoniatorum inde per hoc breve.

Cap. 15.

¶ Rex vicecomiti salutem. Sumone pro bonos sumonitores T. quod sit coram me vel Iusticiis meis apud vestmonasterium, a clauso pasche in xv. dies ostensurus, quare non habuerit I. corani me apud vestmonasterium die illo ad warrantum de effonio, quod I. p. eo fecit in curia mea versus M. sicut plegavit ipsum ad habendum eum. Et habeas ibi sumonitores, et hoc breve T.&c. Ca. 16.

Si vero infra quindecim dies venerit: volens replegiare tenementum, precipietur ei quod sit ad dictum nominatum, ut tunc habeat quod habere debet de iure. Et ita si vencrit sub plegiatione, scilicet recuperabit, et retinere poterit. Si omnes summonitiones, et omnia effonia negauerit, et hoc idem probauerit instrumentis

ritamentis duodecima manu, pro singulis dē-
ebus faciendis, vel si primam summōnitionem
recognouerit, et tria effonia vvarrantizauerit
et quartum diem per dominū Regem vvar-
rantum saluare poterit per breue scilicet q̄
incontinenti habeat, sic quoque poterit se-
sinam suam retinere. Si vero infra quindecī
dies non venerit, ad diem proximam adiu- Consulitur
dicabitur seisinā aduersario eius ita quod non plegi-
ille nunquam audietur inde nisi per breue ationi stat-
domini Regis de recto. Mitteretur autem ad tuto Regis.
uerlarius in seisinam illius tenementi ad vi Cap.17. Cap.4.
cecomitem per hoc breue.

Rex vicecomiti salutem precipio tibi, q̄
sine dilatione seisis M. de tanta terra in illa
villa de qua placitum fuit in curia mea, inter
ipsam et R. quia seisinā illius terre adiudicata
est eidem M. in curia mea pro defectu.
R.T.&c.

Cap.18.

De infirmitate vero de reseantisa, si quis
se effoniare voluerit, hoc tribus vicibus fa-
cere poterit. Dum tamen tertia die ante das-
tam diem, effoniator effonium suum pre-
sentauerit loco competenti, et coram per-
sona idonea. Et si ad tertiam summoni-
tionem

Liber primus.

tionem non venerit , considerabitur ut vis
deatur utrum infirmitas illa sit languor an
non, quod ut fiat precipietur vicecomiti per
hoc breue. Cap 19.

Rex vicecomiti salutē precipio tibi, q̄ sine
dilatatione mittas quatuor legales milites de
Comitatu tuo, ad videndum si infirmitas. B.
vnde se effoniauerit in curia mea versus. R.
sit languor vel non. Et si viderint quod sit
languor, tunc ponant ei diem a die visionis
in vnum Annum et vnum diem quod sit co-
ram me vel Iusticiis meis, vel sufficientem
responsalem mittat inde responsorum. Et si
viderint quod non sit languor, tunc ponant
ei certum diem quo veniat, vel sufficientem
responsalem mittat, inde responsorum. Et
summone per bonos summonidores: predi-
cato quatuor milites, quod tunc sint ibi ad
restificandum visum suum, et quem diem ei
posuerint et habeas ibi summonidores et
hoc breue. T.&c. Notandum etiam quod duo
effoniatores: necessarii sunt ad hoc effonium
faciendum ad minus. Cap.20.

¶ Preterea notandum quod duo prima ef-
fonia possunt esse de infirmitate veniendi
et tertium

Liber primus Fol. 5^o

et tertium de reseantisa quod si sic euenerit
mitteretur ad videndum utrum sit languor an
non. Si autem duo prima effonia fuerint de
reseantisa et tertium de infirmitate veniendi:
considerabitur tanquam omnia essent de infir
mitate veniendi, quia secundum naturam ultimi
effoni semper est iudicandum. Cap. 21.

¶ Si quis aliqua vice responderit in Curia,
et illi presenti dies ibi prefixus fuerit, si ad illum
diem neque venerit, neque responsale misserit,
capietur tenementum in manu domini Regis
sine replegiatione, et sumonebitur ille, ut ve
niat auditurus inde iudicium suum ad diem no
minatum: et ita siue veniat siue non, amitteret
se in propria defaltam, quia de cetero summo
nitionem diffiteri non poterit, nisi breue do
mini Regis incontinenti ostendat, quo diem
non seruat saluare possit. Sed licet altera
vice in curia responderit, si licite recesserit: ad
tria effonia recuperare poterit, nisi pactum a
liud inducat. Si vero primo se effoniauerit
quis, et secundo, neque venerit, neque se effonia
auerit, praeципietur vicem effoniatorum illum at
tacker, tanquam falsarium per praescriptum breue,

Cap. 22.

B.i. Sciendum

Liber primus

Sciendum autem quod cum quis se effonauerit, effoniatore poterit se effoniare rationabili effonio: Si quis enim volens se ratios habili modo effoniare, et effoniatorem ad se effoniandum transmiserit, et ille obiter in aliquod rationabile impedimentum inciderit, quo minus ad diem statutum venire possit, expectabitur usque in quartum diem, sicuti et dominus eius, quod si intra quartum diem venerit, recipietur effoniatore eius, quocunque die venerit et potest saluare dies preteritos, easdem de causis quibus et dominus. C. 23.

Poterit etiam si id elegenter se effoniare per alium effoniatorem ipse principalis effoniatore ita tamē quod ille secundus effoniatore dicat in curia ipsū tenentem (proposito effos, ratio rationabili) detentum non posse ad illum diem venire nec pro perdere, nec pro lucrari et ad modo se effoniandum illum alium destinasse, et ipsum effoniatorem in tale impedimentum incidisse: quod ad illum diem venire non poterit et hoc paratus est probare secundū cōsiderationem curiae sic autem recipietur effonium tale, et dabitur etiam ipsi tenenti dies per talē effoniatorem ita quod assecurabis

assecurabit inde warrantum suum habere ad
talem diem datum et ita ad diem ipsum de-
portebit ipsum tenentem : principalem esse
sonatorem, warrantizare et eius effonium
solita modo probare et primum effoniat-
rem similiter secundum, nisi primo die ip-
sem effonia sua probauerit ad petitionem
aduersarii.

Cap. 24.

Si vero post effonium suum propositum in
curia, infra quartum diem venerit volens in-
de agere vel respondere ipse tenens, si per effo-
niatorem prius fuerit dies datus in curia: et
pars aduersaria sic recelletur a curia, petens nullum
habebit inde recuperare quantum ad ipsam
sum diem preteritum.

Cap. 25.

Est et aliud genus effoniandi et necessaria-
rum cum quis effoniatur de esse ultra mare: et Vide status
tunc si recipiatur effoniū: dabuntur ipsis effoniis tum. v. Pria-
to ad minus quadragesima dies . Si vero ulte= mi. cap. 43.
rius illo, vel alteriusmodi effonio rationabili de contra-
fe effoniaverit, de cetero solitus cursus scituas placitando
bitur in respectu dindo. huic effoniis

Cap. 26.

nro,

B. ii.

Sunt

Liber primus

Sunt et alia effonia que loca fortassis habere possunt ad saluandos illos quatuor dies vel aliquem eorum per quem vel quos expectatur aduersarius in Curia. Ut subita aquaria inundatio, aut alijs casus repentinus qui praesuideri non poterat,

Cap 27.

Per seruitium domini Regis item rationaliter se effoniari quis, & cum in curia probatur hoc effonium, et admittitur, remanebit loquela sine die, donec constiterit eum ab illo seruitio domini Regis rediisse, unde hi qui assidue sunt in seruitio domini Regis, ut seruantes ipsius, hoc effonio non gaudebunt, ergo circa eorum personas obseruabitur solitus cursus curiae, et iuris credo. Sed circa predicta effonia hoc modo distinguendum est. Qui per seruitium domini Regis se effoniari facit aut prius comprehendit eum summonitio unde aduersarius eius querit eum ponere in placitum: aut prius iuit in seruitium domini Regis et postmodum est summonitus. Si vero prius fuerit in seruitio domini Regis: et interim de placio summonitus, in distincte verum est, et obtinet quod superius dictum est. Si prius ponitur quis in placitum

placitum, & postea se facit effoniari per seru-
tium domini Regis, refert utrum is per man-
datum domini Regis, vel preceptu generale
vel speciale, ex necessitate sit in illo seruitio
alias. Si ex precepto domini Regis ad il-
lud seruitium fuerit vocatus, tunc quoque
idem iuris erit quod in superiori casu. Si ve-
ro alias ex voluntate, non ex precepto domini
Regis in seruitu ipsius de novo se inge-
serit, distinguuntur utrum ierit ultra mare in ser-
uitium illud, an citra remanserit. Si ultra ma-
re, dabitur ei respectus quadriginta dierum
ad minus, quod si infra illos xl dies non redi-
erit: obseruabitur solitus cursus curiae, & iuris
ordö. Et quandocumque in curia apparez-
bit vel per se, vel per responsalem, oportebit
eum habere breve domini Regis, ad vñarrá-
tendum suum effonium de premissi, quod
incontinenti exhibeat. Si citra mare fuerit in
seruitio domini Regis, tunc in voluntate Ius-
ticiæ domini Regis erit et in beneplacito,
breuiorem terminum dare ei vel ampliore
secundum quod viderint domino Regi ex-
pediri dum tamen obseruetur iuris ordö.

Liber primus

Contingit preterea aliquem effsoniari in curia per infirmitatem qua quis detinetur in eadem villa cum illuc venerit ad placitū suum prosequendum et tunc considerabitur in Curia, quod in crastino veniat, et ita per tres dies continuos expectabitur et ex hac causa respectum trium dierum continuorum habebit qui si tertio die ita se inde effsoniauerit: tunc mittentur quatuor milites ad eum, per considerationem curiae ad videndum utrum sit in tali statu quod possit venire ad curiam an non et si viderint quod possit, tunc ei precipient quod ad Curiam veniat et ibi faciat quod facere debet. Et si viderint eum non posse venire, et hoc in curia testati fuerint tunc habebit alium diem rationabilem et ita respectu quindecim dierum ad minus.

Cap. 29.

Est preterea effsonium, quod quandoque in curia presentatur, scilicet de esse in peregrinatis one. Sed distinguendū est, utrum is qui taliter se effsoniat fuerit positus inde in placitum, an tēquam iter ipsum arripuerit, an noui quod, si prius summisionem inde habuerit: obseruabitur

seruabitur cursus Curiae et iuris ordo. Si vero
prius inde nullam habuerit summonitionem;
tunc iterum distinguendum est, utrum iuerit
ad Hierusalem an alipm locum. Si versus Hiero-
rusalem iuerit is qui se essoniare facit: tunc soz
let ei dari respectus unius anni, et unius diei, ad
minus, de aliis vero peregrinationibus solet
dari respectus, pro voluntate domini Regis et
bene placito vel eius Iustici, pro longitudine,
vel breuitate itineris, prout viderint tempe-
randum.

Cap. 30.

Ponitur autem in breve de summonitione
facienda vicem directo, hec clausula, et habeas
ibisummonitores et hoc breve Ideoque ab
initio querendum est, ad diem datum in
Curia, offerente se liti eo qui petit, utrum
vicecomes breve et summonitores ibi ha-
beat, an non: si habeat tunc testata summoni-
tione, procedendum erit in placito, secundum
quod premonstratum est. Si vero illo die pre-
sens non fuerit vicecomes, nec infra quartum
diei venerit, usque ad quem diem expectandus
est ienes ipse, tunc precipietur ei iterum per
breue.

B. iii.

Liber primus

breue domini Regis, quod tenentem summo-
nem de capitali placito, per breue de se-
cunda summonitione, et quod ille veniat os-
tentus, quare per primum breue illam su-
monitionem non fecerit. Est autem breue de
secunda summonitione, continens breue de
prima summonitione et praeterea hanc clas-
sum. Et tu ipse tunc sis ibi ostentus quare
illam summonitionem ei non feceris, sicut
tibi preceptum fuit per aliud breue meum,
& habeas ibi hoc breue, & illud aliud breue.
Ad diem autem illum veniens vicecomes: aut
dicit se executum fuisse preceptum domini
Regis, aut confirebitur illud: non fuisse exes-
cutum. Si confiteretur se non fuisse executum,
tunc remaneat in misericordia domini Re-
gis, & sic ille qui petit primum diem intellige-
get amississe, & de novo summonendus est
ille qui tenet. Si vero dixerit se summonitio-
nem primam, legitimis summonitoribus fa-
cienda iniuxisse: et idem ibi presentes sunt
hoc ipsum confitentes: tamen vicecomes, quia in
illis in misericordia remaneant, si primam su-
monitionem non fecerint, sicut eam facere te-
nebantur. Et primus dies petenti ita erit inva-
plis

illis Si autem illi quos vicecomes summonis-
tores nominauerint praesentes sint assidentes
hoc eis a vicecomite non fuisse iniunctum;
tunc distinguendum est utrum vicecomes
summonitionem illam eis faciendam injun-
xit in Comitatu, sicut semper fieri debet ita
quod si ante comitatum presentetur loqua-
la, attachabitur usque ad comitatum: et tunc
plene fiet summonitio, an alio modo. Si in
comitatu hoc eis iniunxit, et hoc fuerit rec-
te testatum: illi scilicet summonitores in misericordia
remanebunt, quia comitatu in hoc
contradicere non possunt. Si vero extra comita-
tum minus publice quam fieri deberet, hoc
eis iniunxit vicecomes, & illi hoc negau-
erint: vicecomes in misericordia remanebit, qd
praeceptu domini Regis ut debet non est exe-
cutus. Huiusmodi enim publici actus, scilicet
summonitiones iniungere, plegios de clamoribus
prosequendis, & de stando ad rectum
capere, publice debent celebrari ne si super
his que preparatoria sunt ad expedienda negotia
fieri posset contentio, ea ipsa esset occa-
sio diutius protrahendi negotia. Si vero ad
primum dicem summonitores non adsunt
assidentes

Liber primus

afferentes se legittime fecisse primam summonitionem, et ad primum diem suos habuerint efficiatores, qui et eos effonauerint et adiecerint quod summonitionem recte fecerint, tunc primus dies petenti iudicabitur velis, et illi in misericordia remanebunt, eo quod ad primum die non aderant ad testificandum summoniti, sicut eis fuit iniunctum nisi primum diem salvare possint per dominum Regem warrantum. Sed neandum quod excusare legittime se possunt summonitores illi ad primum diem uterque vel alter, et tunc petenti primus dies similiter adiudicabitur velis.

Cap. 31.

De absentia tenentis quedam praemissa sunt quae tunc locum habent, quando tenens ipse sine plegiorum datione, simpliciter est summonitus. Si vero fuerit loquela talis quod tenens ipse plegios inuenierit standi ad rectum, et Iustici vel comitatus hoc recordati fuerint, quod contingit in civili negocio, defincit factio in Curia domini Regis coram Rege vel Iusticie eius non obseruato, et in nouis dispensacionibus, tunc quidem si tenens ipse ad pri-

mu

apum dieni neque venerit, neque se effonia-
uerit, plegii considerandi sunt in mia domi-
ni Regis, et super capitali placito, plegii eti-
am affortiabantur, et ita tribus vicibus eos
sempre absentia, in placito illo est proceden- Ex statuto
dum, et si ad tertiam summonitionem non videntur
venerit, capietur tenementum ipsum in ma-^{sterii} Primi.
num domini Regis, et retinebitur eodem mo- cap. 44, ap-
do quo predeterminatum est, pleguis etiam in paret plura
mia remanentibus, qui et summonendi sunt quod duobus at-
sint ad certum diem in Curia, audituri inde tachiamen
suum iudicium. Si autem fuerit negotium cri-^{tis exiisse de}
minale, ut de pace domini Regis infraacta, buisse com-
gunc secundum juris ordinem ut in superiori-^{muni lege,}
gi casu, erit et hic procedendum, nisi quia antequam
hic rectatus si ad tertiam summonitionem procedere
non venerit: capietur corpus eius, plegius suis tur ad dis-
 permanenteribus in misericordia.

Cap. 32.

Expeditis his, que circa absentiam tenens
in frequentius solent accidere, de his quae de
absentia potentis sunt, restat inspicere. Et
quidem si ad primum diem non venerit is
qui petit, effoniare sece poterit eisdem ratios
probabilibus effoniis, quibus et tenens, et
eisdem

Liber primus

eisdem modis. Quod si non venerit, nec se ele-
soniauerit, tunc iuxta considerationem curie
dimittetur tenes sine die si piæsens fuerit vel
perse vel per alium ut debet. Ita tamen ut pe-
tens tale recuperare habeat aduersus eum, si
iterum inde placare voluerit, quale modo
habere debeat. Et si iterum placitum illud
versus eundem velit mouere: quæro quid iu-
ris ibisit, & qualiter punienda sit illius defal-
ta. Ad hoc autem diuersi diuersis modis res-
pondent. Dicunt enim quidam, quod non nisi
si custum et expensis, & primum breue ad-
mittet, loquela autem non, sed de novo
placitum incipiet. Alii dicunt quod loquela
versus aduersarii penitus amittet, sine ome-
ni recuperatione, & propter curiæ cõtemptū
in misericordia domini Regis similiter re-
manebit. Alii dicunt quod in misericordia
domini Regis erit, de cetero & in Regis be-
neplacito, utrum velit eum ad illud placitum
amplius admittere vel restituere, an non, et
quando, hec autem simpliciter sufficiunt ubi
loquela sine plegatione procedit. Si vero ille
qui petit, plegios inuenierit de clamore suo
prosequendo, et die suum neque per se ne-
que

que per alium quemcunque seruauerit: tunc
is qui tener dum sitetur sine die et petens illud
breue secundum quosdam, et totum custum
amitteret, et plegii eius erunt in misericordia ut
supra. Aut secundum alios loquela suam as
mitteret, et plegu. &c. Sed hoc ita obtinet si lo
quela sit tantummodo sua, quod sepius con
tingit in ciuilibus negotiis. Verū si fuerit lo
quela non tantum sua sed etiam domini Regi,
ut in criminali negocio de pace domini
regi infracti, tunc quin loquela illam non
nisi sibi amittere potest, imo etiā illam proferat
qui tenerur, corpus eius de cetero in prisonā
mitteretur, et si luo custodictur: donec appellū
suum proferat velit. Et plegii eius præterea
in misericordia remanebunt

Cap 33.

Quandoque contingit ut runque abesse et
tunc in voluntate domini regis vel eius iustificari
erit si voluerint versus ut runque contemp
sum Curiae, vel falsum clamorem prosequi.

LIBER

LIBER SECVN: dis de his que solent continua-

gere circa vel statim post ingressum litis, et
de diracionatione tenementi per duellum,
vel per magnam assilam; et de campio-
nibus, et de his que pertinent ad duella-
lum, vel magnam assilam.

Capitulo.



Troque autem lia-
tigantium presenti-
in Curia et peten-
te clamante tenet
mentum petitum
poterit tenens pes-
tere visum terre.
Sed ad hoc ut des-
tur ei inde respecca-
tus: distinguitur utrum is qui tenet, habeat
plus terre in villa illa ubi terra illa que petitur
est, an non. Et si plus ibidem non habuerit,
nulla dabitur ei inde dilatio, si autem plus
terra ibi habuerit: tunc dabitur ei inde res-
pectus; et aliud dies ei ponetur in Curia et
cum ita recessum fuerit Curia, ad tria esses
sia rationabilia poterit tenens recuperare

de

Cibersecundas. Fol. 2

De novo, et precipietur viē illius prouinciae va-
bi tenementum illud est: quod mittat liberos
homines de Comitatu suo ad videndum ter-
ram illam per hoc breue. Cap. 2.

Rex vicecomiti salutem, precipio tibi quod
sine delatione mittas liberos homines, et le-
gales, de vilineto de illi villa ad videndum va-
nā hidā terræ in villa illa quā. N. clamat ver-
sus. R. et vnde placitum est inter eos in Curia
mea, et habeas quatuor ex illis, coram me vel
Iustiē meis, eo die ad testificandum viſū ſuū et
quem diem ei posuerunt. T. & c. Cap. 3.

Post tria effonia rationabila viſum terræ
comitantia, utroque litigantium iterum apa-
rente in Curia, petens ipſe loquela suam
et clamorem ostendat in hanc modum. Peto
versus iſtum, H. feodū dimidiū militis vel du-
as carucatas terræ in illa villa, ſicut ius meum,
et hereditatem meam. vnde pater meus vel
auius meus fuit ſeſitus in dominico ſuo ſicut
de feodo, tempore Regini Henrici primi, vel
post primam coronationem domini Regis.
et vnde cepit commoda ad valentiam quinque
que ſolidorum ad minus, ut in bladis et ſenis
et aliis commodi: et hoc promptus ſum
probare

Liber secundus

probare per hunc liberum meum hominem

De visu et l. et si quid de eo male contigerit, per illum
auditum non vel per illum tertium, et quot voluerit ita poterit
exigitur hoc nominare, sed unus tantum vadibit duellum
die iuriuram qui hoc vidit, vel audivit vel per alia verba sic
dum statim et hoc paratus sum probare, per hunc libe-
to. v. primi rum hominem meum. l. cui pater suus in-
cap. 40.

sunxit in extremis agens, in fide qua filius tes-
netur patri, quod si aliquando loquela de
terram illa audiret, hoc diracionaret sicut id
quod pater suus vidit et audivit. Audita ve-
ro loquela et clameo petentis: in electione
ipsius tenentis erit se versus petentem defen-
dere per duellum, vel ponere se inde in magis-
nam assissam domini Regis, et petere recogni-
tionem quis eorum maius ius habeat in
terra illa. Si vero per duellum defendere vos
luerit: tenetur tunc defendere ius ipsius pe-
tentis de verbo in verbum sicut versus cuna-
ostendit vel per se vel per aliquem homi-
nem aliud idoneum. Sed nota quod post
quam duellum indefuerit vadiatum, opos-
tebit cum qui tenet terram defendere
per duellum et non de cetero poterit se
inde

Unde iam assam ponere. Et post vadizationem
duelli, poterit iterum se tribus vicibus ratio-
nabiliter effoniare continuis, ex persona sui
ipsius. Et aliis tribus vicibus ex persona cam-
pionis sui. Factis autem omnibus effoniis
que recte fieri possunt: antequam duellum
inde feriatur, necesse habet petens ut in cu-
ria appareat, et championem suum ibi habet
at promptum ad pugnandum. Nec sufficiat
cum alium tunc demum producere campi-
onem, quam unum eorum super quos posse-
it diracionationem. Neque enim alium pro
eo poterit cambiare post primam vadatio-
nem. Si vero is qui duellum vadiavit interim
pendente lite obierit. Si morte naturali, et
hoc fuerit per visinetum declaratum ut semper
fieri debet, si de hoc dubitetur: poterit
petens ad unum eorum super quos posuit
diracionationem suam primo recuperare,
vel ad alium idoneum, etiam si nullum alio
um nominaverit dum tamen inde sit testis
idoneus, et sic de novo placitum incipietur.
Si vero sua culpa interierit loquaciam ita dos-
minus amittet. Item quero virum campio-
nem petitoris, alium loco suo possit ponere

C.i. in cursu

Liber secundus.

in curia ad faciendam diracionationē, quam ille suscepereat loco suo. Evidem secundum ius et consuetudinem regni antiquam: non licet nisi filium suum legittimum. Et nostra quod talis debet esse campio parentis: quod sit et esse possit inde testis idoneus. Nec in propria persona sua licebit ipsi petitori prosequi appellum suum, quia id fieri non potest nisi per testem idoneum audientem, et videntem. Defendens autem defendere se poterit vel per seipsum si voluerit, vel per alium ad hoc idoneum, si per alium se defendere elegerit. Si vero championem produxit, et ille interim moriatur: quero quid iuris ibi sit. Vtrum is qui tenet possit se per alium defendere an loquaciam suam debeat amittere, an tantum se ifinam. Hic distinguendum est ut prius. Nota etiam quod campio defendens non poterit loco suo in curia alium ad defensionem illam suscipiendam producere, nisi filium suum legittimum. Contingit autem multociens, quod campio conductus eius: in curia producitur pro mercede ad diracionationem faciendam. Et si contra illius personam excipiat pars aduersa: dicens cum

Ecum minus idoneum propter hoc quod premis-
um inde accepit ad diracionationem illam
faciendam. Et hoc paratus est probare versus
eum si id negare voluerit: aut per se, aut per a-
lium videntem ubi inde premium accipit. Super
hoc audietur et remanebit principale duellum.
Si vero super hoc cōvictus fuerit et per du-
ellum victus fuerit capio petentis, tunc domi-
nus suus loquela suam amittet. Et ille capio
tanquam victus, omnē legem terre amittet.
Scilicet quod de cetero nunquam admittetur in
curia ut testis, ad diracionationē pro aliquo as-
ilio per duellum de cetero faciendam pro se
metipso autem poterit vel corpus suum de-
fendendo, vel atrocē injuriā sui proprii cor-
poris prosequendo, ut de pace domini Re-
gis infracta, ius etiam suum versus alium per du-
ellum defendere poterit de feodo et hereditate
sua. Finito autem duello: pena sexaginta
solidorum imminebit victor, nomine recre-
ans. Et Preterea legem terre amittet. Et
si defensor victus fuerit, dominus eius ter-
ram peritam cum fructibus et commodis
tempore seisine in feodo illo inuentis amittet,
nunquam de cetero in curia inde audiēdus.

Cui.

Ea enim

Liber secundus.

Ea enim que in curia domini Regis per duellum semel fuerint terminata negotia, perpetuam habent firmitatem. Et deinde vicecomiti precipietur, ut victori terram diracionatam habere faciat, et eum inde in seisisnam mittat, per tale breue. Cap.4.

Rex vicecomiti salutem precipio tibi, quod sine dilatione seisis M. de vna hida terre in illa villa, de qua placitum fuit inter ipsum et R. in curia mea, quia illa hida terre adiudicata est ei in curia mea; per finem duelli. Teste Ranulpho. &c. Cap.5.

Et hec ita si petens obtinuerit in duello. Si vero idem victus fuerit per championem suum victum, tunc tenens quietus clamabitur de eius clameo sine recuperatione eiusdem potentis. Hec de duello ubi tenens se per duellum defendere voluerit, vel elegerit contra petentem. Cap 6.

Si autem in magnam assisam domini Regis se ponere maluerit is qui tenet, aut petens similiter se in assisam inde ponet, aut non. Si semel concesserit petens in curia, quod se inde in assisam se ponet. Et hoc verso coram Iusticiis in banco sedentibus expresserit,

preferit, de cetero non possit resistere, sed per assidam illam oportebit eum perdere, vel lucrari. Si vero in assidam magnam se posset et noluerit, tunc oportebit eum aliquam causam monstrare quare assida inter eos inde esse non possit, quemadmodum si fuerint consanguinei, et ex eodem stipite parentele, unde hereditas ipsi mouetur. Et si hoc personis obieccerit tenens vero hoc ipsum contestebitur aut noui. Si vero hoc in curia concesserit: remanebit eo ipso assida, ita quod per verba placabitur et terminabitur in curia ipsa negotium, quia tunc legittime inquiretur quis eorum propinquior sit ipsi stipiti, et ita heres iusuor. Et per hoc diracionabit ius suum heres propinquior, nisi aduersarius in curia dicere poterit, quare ius suum ille alias vel ad tempus, vel perpetuo amiserit, vel aliquis antecessor suus, veluti si donauerit, vel vendiderit, aut escambiauerit, vel alio modo rite alienauerit, aut si per feloniam ille vel antecessores eius in uniuersum amiserint ius suum unde latius inferitus tractabitur, Et sic super aliqua istorum particularum arrestetur loquela: poterit ex-

C.ii, incidenti

Liber secundus

In identi per verba hinc inde proposita, ad duellum recte perueniri. Verum si omnem parentelam inter se, et petentem defendet, et qui sc in assilam posuit: Vel saltem quod de eodem stipite non sint de quo mouetur hereditas, tunc decurrentum est ad communites eorum consanguineos, qui ad hoc vocandi sunt ad curiam, ut per eos disquiratur eorum parentela. Qui si concorditer affermaverint eos descendisse de eodem stipite, unde mouetur hereditas eorum super hoc statbitur assertioni. Sed si alter adhuc litigantis um pertinaciter contradicat: Decurrentum erit ad vicinetum, cuius cum consanguineis super hoc omnino acquiescendum est testis monio. Idem quoque fiet si parentes ipsius inueniantur discordes, qui tunc stabit veredicto vicineti. Facta autem inquisitione, certissime si inuenti fuerint et probati ex eodem stipite unde mouetur hereditas descendisse, cessat quidem assisa, et per verba ut predixi procedet loquela. Sin autem constiterit Curiæ et Iustitiæ domini Regis contrarium, tunc petens qui hoc obiecit, scilicet quod esset de eodem stipite ut assilam malitiose adimeret.

loquela

foquiam suam amittet. Nullo autem inters
veniente quare assisa esse non debeat: tunc
per eam tam finaliter quam per duellum
terminabitur negotium.

Cap. 7.

¶ Est autem magna assisa regale quoda-
dam beneficium , clementia principis de
consilio proscrum populis indulatum , quo
vite hominum et status integritati ; tam
glubriter consulitur , ut in iure quod quis
in libero soli tenemento possidet retinenz-
do duelli casum declinare possunt homini-
nes ambiguum. Ac per hoc contingit in-
sperate et premature mortis ultimum euad-
dere supplicium , vel saltem perhennis infaz-
mie obprobrium illius infestis et inuercundi-
di verbi quod in ore victi , turpiter sonat
*consecutuum . Ex equitate autem maxima
prodita est legalis ista institutio . Ius
enim quod post multas et longas dilas-
tiones , vix evincitur per duellum : per
beneficium istius constitutionis , commo-
dius et accelerius expeditur . Assisa es-
tim ipso tot non expectat effonia , quot
duellum ut ex sequentibus liquebit . Ac

C. iii. per

Liber secundus.

per hoc et laboribus hominum pareatur,
et sumptibus pauperum . Preterea , quan-
zo magis ponderat in iudiciis plurium i-
doneorum testium fides, quam vnius tan-
tum: tanto maiore equitate nititur ista cons-
titutio, quam duellum . Cum enim ex vni-
us iurati testimonio procedat duellum . Dux
decim ad minus legalium hominum exi-
git ista constitutio iuramenta . Peruenit
autem ad assisam ipsam hoc ordine . Quare
is qui se in assisam posuit ab initio , perquisi-
ct breue de pace habenda , ne de cetero ab
aduersario ponatur in placitum per breue ,
quo prius inter eos placitum fuit de tenes-
imento unde tenens posuit se in assisam .

Cap.8.

Rex vicecomiti salutem prohibe N. ne
teneat placitum in curia sua quod est inter
M. et R. de vna hida terre in illa villa , quam
idem R. clamat versus prefatum M. per bre-
ue meum nisi duellum inde vadiatum fue-
rit , quia M. qui tenens est , posuit se inde in
assisam meam , et petit recognitionem fieri ,
qua corum maius ius habeat in terra illa .
Teste . &c Si vero placitum fuerit de seruicio ,
ende

trade ille qui tenet, ponit se in assilam quod
Ecce licet: tunc tale erit breue.

Cap. 9.

Rex vicecomiti salutem prohibe N. ne
teneat placitum in curia sua quod est inter
M et R. de servitio octo solidorum; et vnius
sextarii mellis, et duabus stikis Anguillarum
que prefatus M exigit a prefato R. de servit
io annuo de liberto tenemento suo, quod
de eo tenet in illa villa, de quo tenemento
idem R. recognoscit se debere ei octo soli
dos per annum pro omni servitio, nisi duela
lum inde vadatum fuerit, quia R. a quo ser
vitium exigitur: ponit se inde in assilam mes
am, et petit recognitionem utrum inde des
beat per annum octo solidos, pro omni ser
vitio: vel octo solidos, et insuper unum sex
tarium mellis, et duas stikas anguillarum.

Teste.&c.

Cap. 10.

¶ Pentalia autem brevia, pacem perquis
itis qui tenet, et in assilam se ponit donec
adversarius ad curiam veniens, aliquid breue
perquirat, ut per quatuor legales milites de
comitatu, et de visineto, elegantur duode
cim milites legales de eodem visineto, qui
super

Liber secundus.

per sacramentum suum dicant uter litigans
tum maius ius habeat in terra petita. Breue
autem de quatuor militibus summonendis
tale est.

Cap. II.

¶ Rex vicecomiti salutem. Summone
per bonos summonitores, quatuor legiles
milites de visineto de Stoke, quod sive ad
clausum pasche, coram me vel iustitiis meis
apud westmonasterium ad eligendum super fac-
cumentum suum xii. legales milites de eodem visi-
neto: qui melius veritatē sciāt ad recognoscē-
dum super sacramētum suū, vtrum M. an R.
manus ius habeat in una hida terre in Stoke,
quam M. clamat versus R. per breue meum;
et vnde R. qui tenens est posuisse in assiam
meam et petit recognitionem fieri quis eos
rum maius ius habeat in terra illa, et nomina
eorum imbreuiari facias. Et summone per
bonos summonitores R. qui terram illam
tenet: quod tunc sit ibi auditurus illam elec-
tionem, et habeas ibi summonitores. &c. T.

Cap. II.

Ad diem illum poterit se tenens essoniz-
are, et iterum ad tria rationabilia essonia res-
cuperare

Cuperare, quod videtur recte posse fieri quia
 via superioribus dictum est, quoriusquis
 in Curia apparuerit. Et ibi facit quod de
 iure facere debet: iterum de nouo ad es-
 sonia sua recuperabit. Sed tunc ita eue-
 niet, vel euenire poterit, quod tot vel plus
 ea essonia interuenire poterint per magis-
 nam assissam, quot per duellum quod pre-
 missis non est consonum. Esto enim
 quod tenens ipse tribus vicibus se possit
 essoniare continuis, contra electionem du-
 odecim militum, per quatuor milites fa-
 ciendam, post tria illa essonia, eo ad cui-
 jam veniente aliquis vel aliqui illorum
 quatuor militum eodem die se poterint es-
 soniare. Et si hoc poterit iterum tenens
 post eorum essonia se de nouo essoniare.
 Et ita vix aut nuuquam assisa ad effec-
 tum perduceretur. Sed nota quod appa-
 rentibus in Curia quatuor militibus die
 sibi prefixa, paratis duodecim alios elige-
 re, de hoc ex equo prodita est quedam con-
 stitutio, iuxta quam de consilio curie ita so-
 let res expediti: quod siue venerit siue non,
 si qui tenet nihilominus per illos quatuor
 milites

Liber secundus.

milites: et super eorum sacramentum , fieri est
lectio duodecim . Verum quia si presens esset
tenens ipse , contra aliquem vel aliquos eos
rum duodecim iuste aliquid forsitan posset
excipere , et super hoc in curia audiretur . De
consilio et absenti inde satisfaciendo non
tantum duodecim eligerentur , sed tot etiam ,
ut sine omni contradictione et causatione
possit absenti cum redierit satissimum . Excipi
autem possunt Iuratores ipsi eisdem modis
quibus et testes in curia christianitatis iuste
repelluntur . Preterea notandum quod si ve
neritis qui se posuit in magnam assidui , lis
cer non omnes illi quatuor milites venerint .
de consilio et communione assensu litigantium
per unum etiam illorum quatuor militum
poterint illi duodecim milites eligi adhibi
tis illi duobus vel tribus militibus aliis de
eodem comitatu , si in curia fuerint inuenti :
licet ad hoc non fuerint vocati : ad maiorem
autem cautelam , et ad omnem cauillatio
nem devitandam : solent sex vel plures mil
ites ad curium ipsam ad electionem facien
dam vocari . Ad hec autem taliter expediens
da . Plus profuit sequi curie consilium quam
juris

furis et curie cursum consuetum seruare, yn
de prouidentie committitur et arbitrio dos
mini Regis, vel eius Iusticiis rem istam utili
us et equius temperare. Cap.13.

¶ Potest autem quis se ponere in assilans
de seruitio, de terra, et de super de deman
da seruitii, et de iure aduocationis alicuius
ecclesie, non solum versus extraneum, sed
etiam versus dominum: scilicet ut cognoscatur
qui quis eorum videlicet, utrum dominus
maius habeat hanc retinendi in dominio
eo, an vassalus tenendi hanc de eo. Facile est
autem inde formare brevia iuxta diuersa
negotia. Cap.14.

¶ Facta electione duodecim milium:
Summonendi sunt illi, ut ad curiam veniante
parati super sacramentum suum dicere quis
eorum scilicet an tenens an petens, maius
ius habeat in sua demanda. Et per tale bre
ue fiat summonitio. Cap.15

¶ Rex vicecomiti salutem. Summone
per bonos summonitores, illos duodecima
milites R et N. et sic de singulis quod sine
eo die coram n*i*c*e* vel Iusticiis meis ad locum
illum parati sacramento recognoscere, utrura
R. vel

Liber secundus.

R. vel. N. maius ius habeat in una hida terre,
vel in alia re petita quam predictus R. qui
clamat versus predictum. N. et unde predi-
cus N. qui rem illā tenet posuit se in assisa
nostram, et petit inde recognitionem quis
corum maius ius habeat in re petita et in-
terim terram illam vel tenementum ipsum
unde exigitur seruicium: videant et summo-
ne per bonos summonitores N. qui rem ip-
sam teneret quod tunc sit ibi auditurus illam
recognitionem. Cap.16.

¶ Die autem duodecim militibus pre-
fixa ad recognitionem faciendam, siue ves-
peritis qui tenet siue non, sine dilatione re-
cognitio ipsa procedat. Nec valebit ei es-
sonium quippe cum eius presentia non
sit necessaria: quin sine eo possit fieri re-
cognitio, cum si presens esset nil dicere
possit quare remaneret, qui iam in curia se
in assisam posuit. Secus tamen est de ab-
sentia petentis: quia si se effoniauerit, rema-
net assisa eo die et alias dies dabitur in cur-
ria, quia perdere potest quis propter defala-
tam lucrari vero nemo potest omnino aba-
sens. Cap.17.

Proce

¶ Procedente autem assisa ad faciens
dam recognitionem ipsam, aut bene no-
rum est ius ipsum ipsis iuratoribus om-
nibus, aut quidam sciunt et quidam ne-
sciunt, aut omnes ignorant. Si nulli eorum
rei veritatem inde sciuerint. Et hoc in cas-
tia super sacramentum eorum testati sint
sive fuerint, ad alios decurrentum erit; dos-
nectales inueniantur qui rei veritatem inde
de scierint. Si autem quidam eorum rei
veritatem sciant, quidam non reieceris igno-
rantibus: alii quidem vocandi sunt ad ca-
riam, donec duodecim ad minus reperian-
tur inde concordes. Item si quidam eos
cum dixerint pro uno, quidam pro alio lis-
tigantium: adiciendi sunt alii donec duode-
cim ad minus in alterutram partem con-
corditer acquieuerint. Jurare autem quilibet
eorum debet qui ad hoc vocati sunt
quod non falso inde dicent nec veritatem
tacebunt scienter ad scienciam autem eos
cum qui super hoc iurant inde habendā exi-
igitur quod per proprium visum suum et
auditum illius rei habuerint notitiam vel
per verba patrum suorum et per talia
quibus

Liber secundus.

quibus fidem teneantur habere ut propriis.
Cap.18.

Cum autem apparuerint duodecim
familites ad recognitionem ipsam faciendam,
de re iuritate certa tunc procedat assisa rea-
cognitura quis eorum vel petens vel tenens
maius ius habeat in re petita. Quod si dixa-
erint ipsum tenentem maius ius inde ha-
bere: vel alia dixerint per que sufficienter
conset domino Regi, vel iusticiis suis quod
idem maius ius habeat in terra petita, tunc
quidem per considerationem curie dimis-
tetur ipse quietus, a clamore petentis impers-
petuum. Ita quod petens ipse, de cetero non
quam inde audietur in curia cum effectu
lites enim per magnam assisa domini Re-
gis legitime decise: nulla occasione rite
resuscitantur imposterum. Sin autem per
assissam ipsam pro petente fuerit iudicatum
in curia tunc aduersarius suus terram peti-
tam amittet cum fructibus et commoditatibus
omnibus in terra ipsa tempore se sine
iauantis eidem restituendam.

Cap.19.

Penal autem in hac assisa temere iurana
guia

tium ordinaria est, et ipsi regali institutioni ea leganter inserta. Si enim ipsi iuratores periu- rasse in Curia fuerint legitime conuicti, vel in iure confessi, omnibus catallis et rebus mobilibus spoliabuntur, domino regi eisdem applicandis, de clementia autem principis maxima: saluis eis tenementis solis liberis, preterea in Carcerem detrudentur et ibi per annum ad minus in prisoна detinebuntur insuper de cetero legem terre amittentes per- petuam infamie notam, inde merito incurrit. Quae pœna ideo recte instituta est, ut quos liber ab illicita prestatione sacramenti in talis casu, coercent similitudo supplicii. Notandum etiam quod nunquam potest esse duellum ubi assisa nequit esse nec econuerlo. Mittetur autem petens si adiudicetur ei tenementum ad vicecomitem illius prouincie ubi tenem- tum est, ad seipsum suam recuperandam per hoc breue.

Cap. 20.

Rex vii salutem precipio tibi quod sine dilata-
tione seipsum. N. de vna hida terræ in villa illa
quam petit versus. R. unde idem. R. posuit se
in assidam meam quia idem. R. diracionauit

D. s. terram

Liber secundus
terram illam in curia mea per recognitio-
nem. T.&c.

Cap. 21.

Si vero reperiantur nulli milites de visineto
nec in comitatu ipso qui rei veritatem in-
de sciant quid iuris erit? Num quid eo ipso
obtinebit is qui tenet versus petente? Quod
si hoc ita est, ergo petens ipse ius suū si quod
inde habuerit amitteret super hoc etiam pos-
test procedere dubitatio. Esto enim quod
duo vel tres legales homines vel plures sicut
dum tamen pauciores sint duodecim, qui se
testes huius rei faciant et se ad id dirac-
onandum offerant in curia si fuerint eius
ætatis, quod per duellum diracionati-
onē facere possint: et omnia verba in
curia presentent per quae sollet
duellum considerari in cui-
ria, nunquid super hos
audietur aliquis eo.
sum

CHIC INCIPIT

Fol. 22.

liber tertius de vvarrantis

et de duobus dominis per quorum alterum
se aduocat petens et per alterum tenens

Capitulo. x.

 Rdo placitandi in curia qui obseruat̄ur, is est quem predix̄
imus quando eius qui tenet presentia solummodo necessaria
ria est et non alterius, ad res
pōdēdū inde. Exigitur autē tam presentia al-
terius quam tenentis, si idem dicat in curia,
rem petitā non esse suam sed eam tenere ut
sibi cōmodatam, vel sibi loeatā vel in vādi-
um datam, vel suæ custodiae cōmēdataam, vel
aliquo alio modo sibi tamen ut alienā depu-
tata aut si rem illā suam dicat esse, sed tamq
inde aliquē vvarrātū habere, ut ex eius dona-
tione, vel venditione, vel in escambiū datio-
ne, vel ex aliqua huiusmodi causa rem ipsim
habeat. Si vero dicat in curia, rem suā non esse
sed alienā, tunc ille cuius eam esse dixerit, sū-
monebitur sed per aliud breue consimila-
re. et sic de nouo versus cum incipietur

Dicitur placitura

Liber tercius.

placitum et cum tandem in curia apparuerit
aut similiter dicet rem suam esse, aut suam
non esse. Si vero dicat rem suā non esse, tunc
is qui eandem suam fuisse in Curia prius af-
seruerat, terram illam eo ipso sine recuperas-
tione amittet, et summonebitur ille ut veniat
in curia auditurus inde judicium suum. et sic
siue ipse venerit, siue non, se sinam recuperas-
bit aduersarius. Cum vero alquem inde vvar-
rantum vocauerit in curia is qui tenerit, tunc
rationabilis dies ponetur ei in curia ad ha-
bendum ibi varrantum suum: et ita ad tria
essoniam de nouo recuperare poterit ex per-
sona propria, et ad alia tria ex persona sui
varranti tandem vero apparente eo in curia
a qui vocatus est inde varrantus, aut rem il-
lā ei varrantisabit, aut non. Si eā varrantisare
voluerit, tūc cum eo omnino placitabitur ita
quod de cetero sub eius persona, omnia quæ
ad placitum ipsum exiguntur procedent ve-
rum si ante hoc seessonauerit, peressonum
suum non poterit se defendere is qui vocauit
eum varrantū, quī per absentiam suā ponatur
in defalca verū si presens in curia de varranto
ei defecelerit quē ad varrantū traxerat tunc ins-
ter

ter eos omnino placabitur ita quod per vera
ba hanc inde proposita,potent ad duellum in
de perueniri,siue suā cartā in de habuerit siue
non,is qui eum vocauit varrantūdum tamq;
testem idoneū inde ad diracionationem faci-
endā habuerit,qui et hoc diracionare voluerit
Et ncta quod cum constiterit eum quitrahi-
tur,ad varrantum,debere ei varrantisare rē
illam,de cetero non poterit eam perdere is
cui varrantisare debet eam,quia si res illa in
curia diracionetur tenebitur ei ad cōpetens
escambium si habuerit vnde id facere possit.

Cap. 2.

Contingit autem quandoque,quod is qui
vocatus est varrantus in Curia nolit ad Cus-
tiam venire ad varrantisandum ei rem ips-
sam vel ad demonstrandum ibi quod eam
illi varrantisare non debet.Ideoque ad peti-
tionem eius qui eum inde vocauit varrantū
de consilio et beneficio Curie,justiciabitur
ad id faciendū,et per tale breue inde summo-
nabitur.

Cap. 3.

Rex viē salutem summons per bonos sū-
monitores N quod sit coram me vel Iustiē
meis ibi eo die ad varrantisandum.R.vnam

D.s.i.

hidam

Liber tercijus

hidam terræ in villa illa quam clamat de dō
nō eius vel de dono .M. patris sui , si eam il
li vvarantisare voluerit : vel ad ostendendū
quare illi eā vvarantisare non debet, et habez
as ibi summonitores, et hoc breue. T. Ranula
pho &c.

Cap.4,

Die autem statuta, aut poterit se effoniare
vvarantus, aut non, si non, tunc denegatur ei
ius quod alii cōceditur sine culpa sui, quod est
inconueniens, et etiam videtur iniquū, si vero
se effoniare poterit, esto quod tribus vicibus
recte se effoniauerit, et tertio secundum ius
et consuetudinem Curiae consideretur quod
ad quartum diem veniat vel responsalē miti
tat qui si ad illum diem neque venerit, neque
responsalem miserit, quero quid iuris ibi sit.
Quia si caperetur tenementum in manum
domini Regis hoc videretur iniquum et
contra ius ipsius tenentis cum ipse inde non
fuerit judicatus in defalta, Sivero id non fiat,
tunc videbitur ius ipsius petētis, si quod inde
habuerit, iniuste differri. Et quidem ita fiet
secundū ius et consuetudinem Regni , quia

Si alius teram ipsam: vel seismam ipsius terrae
per defalcā vvaranti sui amiserit, vvarantus
inde ei tenebitur ad competens escambium.
Et per hoc distringi poterit ad curiam venia-
re, et tenementum ipsum vvarantisare, vel
aliquid monstrare quare vvarantisare non
debet.

Cap. 5.

Contingit etiam quandoque quod is qui tes-
net licet vvarantum habeat in curia, nullum
vocat vvarantum sed ius tamen ipsius pes-
tentis, per se omnino defendit. Sed si hoc
fecerit, et terram illam amiscerit per duellum,
nullum recuperare de cetero habebit inde
versus vvarantum. Sed secundum hoc queri
potest, si per duellum se defendere poterit
sine assensu et presentia vvaranti et utrum
se inde in assidam magnam domini Re-
gis, preter assensum et presentiam vvaranti
ponere poterit. Et quidem per assidam pos-
test se defendere pari ratione ac per duell-
um.

Cap. 6.

Soleat

Cap.6.

Sólet preterea plerunque differri ,nes
gotiū per absentiam dominorū quando scilicet
petens ipse, clamat tenementum petitum
pertinere ad feodum vnius, et is qui tenet, dis-
cit se idem tenere de feodo alterius domi-
norū, et tunc summonendus est uterque
dominorum illorum ad curiam ut illis presen-
tibus loquela illa audiatur et debito modo
terminetur, ne illis absentibus iniuria aliqua
inferti videatur ad diem autem qua summoniti
sunt ad curiam venire, poterit se uterque eos
rum aut eorum alter licite effoniari, et tribus
vicibus solito more. Esto ergo quod tribus
vicibus effoniato domino tenentis, consi-
deretur quod ipse ad curiam veniat vel respon-
salem mittat, qui si nec tunc venerit neque
responsalem misserit, considerabitur quod te-
nens ipse inde respondeat et defensionem
inde suscipiat et si per defensionem vicerit,
sibi quidē terrā illam retinebit, et seruit iuri
domino Regi de cetero inde faciet quia do-
minus suus seruitū suum per defaltam suam
amittet, donec veniat, et ibi faciat quod inde
faveat debet, eodem modo poterit dominus
ipius

ipſius petentis ſe eſſoniare, quo demū appa-
rente in curia, quero vtrum dominus tenen-
tis poſſit iterum de nouo ſe eſſoniare. Et
quidē poterit, donec ſemel in curia apparaue-
rit, quia tunc oportebit eum dicere aliquid,
quare non oportebit eum amplius expecta-
re. Et hoc ſimiliter tenendum eſt circa perſo-
nam alterius dominorum, ſi vero post tria
eſſonia ſua abſens fuerit dominus petentis,
quero quid iuris ibi ſit, equidem ſi ſe inde pri-
us eſſoniuerauit, capientur eſſoniatores ipſi,
et corpus ipſius petentis attachabitur prop-
ter curie contemptum, et ita diſtringetur ad
curiam venire, ut ibi audiatur, quid inde di-
ceret velut.

Cap. 7.

Sivero preſens vterque ſucrit dominorum
dominiſ ipsias tenentis aut vvarantifabit
quod terra illa petita de feodo ſuo ſit, aut id
negabit. Si id vvarantifauerit, tunc in eius
voluntate erit, defenſionē inde luſcipere, aut
eam tenenti committere, et vtrum iſtorum
fiat, ſaluum erit ius vtriusque, ſcilicet, tam ipſi-
as domini, quā tenentis, ſi in placito veneſerit
ſiveri viſtiſ fuerint dominus ſeruitium, et te-
nens

Libertercius

tenens terram illam sine recuperatione amitteret
Si vero dominus ipsius tenentis in curia presens, de vvarranto ei defecerit, poterit inter eos placitum conuerti. Si dicat tenens dominum suum de vvarranto iniuste ei deficere, et ideo iniuste, quia inde ei fecit seruitu nominatum et tantum, tanquam domino illius feodi vel antecessores sui vel antecessoribus suis et de hoc habeat audientes, & videntes, et aliquem idoneum testem ad diracionationem inde faciendam, vel aliam idoneam, et sufficientem probationem iuxta considerationem Curie faciendam Cap 8.

Circa personam domini petentis, simili modo distinguendum est. Eo enim apparente in curia, aut terram petitam ad feodum suum clamat, aut non. Et ita si clameum petentis vvarrantis auferit, et terram illam ad feodum suum clamat, in eius voluntate erit, aut se ad diracionationem petentis tenere si hoc celerit, aut per se ius suum, versus alium diracionare, salvo tunc utriusque illorum scilicet ipsis, quam petentis, si vicerint. Si vero vice ti fuerint, uterque illorum inde erit perdens. Si vero clamet ipsius petentis minime vvarranta gisauerit

et si querit tunc is qui cum inde in Curia ad
arrantum vocauerit, in misericordia domini
Regis remanebit propter fallū clamorē suū.

LIBER Q V A R-

tus de aduocationibus ecclē-

siarum,

Capitulo.

.x.



Lacitum de aduocationibus ecclēsiarum moueri solet tū ecclesiis ipsis vacantibus, tū non vacantibus. Cum itaque ecclesiam aliquā vacare cōtigerit, et si quis qui se aduocatum ecclesie illius gerit ad eandē ecclesiam personam presentauerit si quis eius presentationi contradixerit, et ipsam presentationem clamauerit, distinguo utrum fiat contentio super ipsa aduocatione id est super iure ipso presentandi personam

Liber Quartus

personam an super ultima presentatione , id est super sesina iuris presentandi personam , Si super ultima presentatione tantum fiat consentio , ita quod is qui clamat dicat se vel aliquem antecessorum suorum ultimam habuisse inde donationem et presentationem , tunc per assidam de aduocationibus ecclesiarum prodit : loquela illa trahatur et summoz rebitur inde assisa ad recognitionem inde faciendam scilicet quis aduocatus tempore pacis ultimam personam mortuam ad ecclesiā illam presentauerit . Et de hac assida plenius inferius cum aliis recognitionibus dicitur . Ille autem qui per assidam ipsam ultimam presentationem in curia diracionuerit : eo ipso sesinam presentationis ecclesiae vacantis super qua contatio est , dirac onauit ita q̄ personā ad eindem ecclesiam licite presentabit salutē iure et clameo petitis super iure aduocationis Si vero ius aduocationis tantum peccatur . tunc is qui petit adiciet se vel aliquem antecessorum suorum habuisse ultimam presentationē illius ecclesie , vel aduersariū suum vel aliquem ex antecessoribus eius aduersariū habuisse

habuisse eandem presentationē cōcedet, vel dicet q̄ aliquis tertius eam habuerit vel quod nesciat quis ultimam presentationē habuerit quicquid autem istorum dicat, aduersario clamante ultimam presentationem ex persona sua, vel ex persona alicuius antecessorū suorum procedet semper recognitio super iure presentandi nisi in vno solo predictorum casuum quando scilicet is qui petit eoncedit aduersario quod ille vel aliquis antecessorum suorum ultimam inde presentationem habuerit, tunc enim sine recognitione vnam personam presentabit ad minus diracionata autem ultima presentatione per assidum, vel alio modo legittime, et persona ad eius presentationem qui diracionauit in curia, in ecclesiā ipsa instituta: tunc is qui super iure aduocationis placitare voluerit tale breue habebit.

Cap. 2.

Rex viē salutem, precipe N quod iuste et sine dilatione dimittat R. aduocationem ecclesiæ in villa illa quam clamat ad se pertinere et unde queritur quod ipse iniuste ei deforcire

et

Liber Quartus

et nisi fecerit: summone per bones summa monitores eum quod sit ea die ibi coram nobis vel Iustici nostris ostensurus quare non fecerit. Et habecas ibi summonitores et hoc breue.

Cap. 3.

Summonitus autem , eisdem modis et eisdem essonii ut superius in tractatu terre diximus, poterit se essoniare. Esto igitur quod factis tribus essonii , ad quartum diem neque venerit neque responsalem misericordiam igitur juris erit. E quidem capienda est sessina presentationis illius ecclesie in manum domini Regis et per hoc breve,

Cap. 4.

Rex vii salutem precipio tibi quod sine dilatatione capias in manum meam presentationem ecclesie de illa villa quam N. clamat versus R. et de qua placitum est in curia mea inter eos , et diem captionis scire fac Iustitiae meis .&c,

Cap. 5.

Tenetur

Tenetur autem vicecomes precepsum illud exequi in hunc modum, debet quidem ad ecclesiam illam accedere et ibi publice coram probis hominibus protestari, se seisiisse in manus domini Regis presentationem illius ecclesie, et sic per quindecim dies remanebit seisia in manus domini Regis. ita quod volens eam replegiare tenens ipse poterit eam recuperare e modo quo predeterminatum est in primo libro.

Cap^os,

Excusis autem omnibus effoniis, quibus sc̄ effoniare poterit is, versus quem placitum mouetur ad diem placitum in curia præfixum, aut uterque adest vel neuter aut unus tantum de absentia autem unius tantum aut utriusque iudicandum est secundum similitudinem eos que superius dicta sunt in tractatu de placito terre. Utroque vero presente in curia is qui petit ius suum in hec verba versis aduersarium suum proponet peto ad uocacionem

Liber Quartus

vocationē illius ecclesiæ sicut ius meū , et pertinente ad hereditatem meam, et de qua aduocatione ego sui seisitus, vel aliquis antea cessorū meorū fuit, temporē Regis Henriciaz ui domini. H. Regis, vel post coronationē domini Regis, et ideo seisitus, ad eandem ecclesia siam vacantem presentauit personam aliquo prædictorum temporum , et ita presentauit quod ad præsentationem meam persona fuis in ea ecclesia instituta, et si quis hoc voluerit negare, habeo probos homines qui hoc videtur et audierunt, et parati sunt hoc diracionare secundum considerationem curiæ, et maxime illum B. et illum et illū Audito aut clameo ipsius petentis, poterit se defendere per duellū is qui tenet, et secundū hoc procedent omnia de cetero sicut superius expressa sunt. Sicut in assisa magnam se posse voluerit is qui tenet bene licet ei hoc, et procedet inde assisa sub forma supradicta.

Cap.7.

Ecclesia autem aliqua non vacante, poterit esse contentio super aduocatione eiusdem ecclesiæ, si persona vel is qui se personam gesit in ecclesia ipsa, aduocet se per unū aduocaturæ

aduocatum, et alius credens se esse rectio-
rem aduocatum eiusdem ecclesie, clamat
eandem aduocationem, tunc ad eius petitio-
nem dabitur ei tale breue. Cap. 8.

Rex vicecomiti salutem. Summone
per bonos summonitores clericum illum N.
personam illius ecclesie, quod sit coram pie
vel Iusticiis meis apud vvestmonasterium ad
diem illum ostensurus, quo aduocato se te-
net in ecclesia illa cuius aduocationem mi-
les ille M. ad se clamat pertinere. Summone
etiam per bonos summonitores ipsum N.
qui aduocationem illam ei deforciat, quod
tunc sit ibi ostensurus quare aduocationem
ipsam ei deforciat. Et habeas ibi summoni-
tores et hoc breue. T.&c. Cap 9.

Clericus autem summonitus, si ad di-
em statutum neque venerit, neque miserit,
neque ad primum neque ad secundum, ne-
que ad tertium quero quomodo distingi de-
beat ut ad curiam veniat maxime si nullum
habeat laicum feodum unde possit distingi
S miles modo queri poterit, cum se tritus vicis-
bns effsonianevit in Curia, et quarto die ne-
que venerit neque responsale pro se miserit,

E.i. quid

Liber quartus

quid inde faciendum sit. Sed in utroque istorum casuum, precipietur episcopo illius loci vel eius officiali si nullus fuerit ibi episcopus quod vel eum distingat ad curiam venire, vel defaltam suam sua manu puniat capiendo ecclesiam in manum suam vel alio modo secundum quod poterit de iure eius distingat. Tandem vero ad curiam veniens Clericus aut tenebit se ad aduocationem illum qui aduocationem illam petit, et se ad presentationem illius fuisse institutum, vel ad presentationem alicuius antecessorum suorum asseret, vel se ad alium aduocatum tenebit. Si ad illum aduocatum se teneat qui petit, tunc remanebit placitum in Curia domini Regis. Et si aduocatus neget id quod ipse dicit, se scilicet fuisse ad suam presentationem institutum vel alicuius antecessorum suorum, si super hoc versus Clericum illum placitare voluerit, coram suo iudice ecclesiastico placitum sequetur. Si vero alium nominauerit adiuvatum qui inde summonitus sit, venire ad Curiam, tunc summonitus venit aut non. Sinon neque ad primam neque ad secundam

ad secundam neque ad tertiam summocationem venerit: vel si primo, et secundo, et tertio se efflonauerit in Curia, et quanto die neque venerit, neque responsalem miserit, quo modo distringetur, et quo modo punietur eius defalta? Evidem capitur aduocatio illius ecclesiæ unde contentio est in manum domini Regis, et per quindecim dies ita remanebit. quod si infra illos quindecim dies non venerit, tunc is qui aduocationem ipsam petit, seismam habebit. Sed quid erit de Clerico ipso? nunquid tunc eo ipso ecclesiam amittere? Si autem ad Curiam venerit is qui summonitus est, aut dicet se aduocatum illius ecclesiæ, aut nullum ius in aduocatione ipsa clamabit. Si nullum: tunc remanebit in Curia Regis placitum illud, et erit placitum inter aduocatum et Clericum in Curia Christianitatis liceo vero pendente. Si ecclesia ipsa vacare ceperit: quero cuius interim erit presentatio. Et quidem si nulla fuerit dubitatio mota super ultima presentatione quinis aduersus quem petitur ius aduocationis: habuerent ultimam pres-

Egi. sentatiæ

Liber quartus.

sentationem vel aliquis antecessorum eius, tunc ipse interim personam presentabit, donec seipsum ipsam amiserit, ex quo patet quod si leista fuerit aduocatio alicuius ecclesiae in manus domini Regis propter defaltam aduocati: et infra illos quindecim dies ceperit vacare non amittet presentationem suam aduocatis ipse infra illos quindecim dies. Sivero ius aduocationis suum esse dicat, et illud tanquam suum defendere voluerit, tunc quidem procedet loquela eo ordine quo predictum est. Quisi obtinuerit tam ipse quam persona sua a clameo aduersarii sui liberabitur. Si vero placitum id perdiderit, tunc ipse aduocationem suam perpetuo perdet et omnes heredes eius.

Cap. 10.

¶ De Clerico autem persona eiusdem ecclesiae quid erit faciendum qui personas tum eiusdem ecclesiae se habuisse per eius presentationem dixerit in curia. Evidem in curia domini Regis nil amplius de eo agatur, nisi quod de aduocatione ipsa inter aduocatos iudicabitur. Sed in curia christianitatis aduocatus qui de novo ius aduocationis evicit

vicit versus clericum ipsum coram episcopo suo vel eius officiali placitabit ita quod si tempore presentationis credebatur is patruus per quem fuit presentatus tunc remanebit illi ecclesia illa omnibus diebus vite sue. Statutum est etiam super hoc in regno domini Regis de clericis illis qui ecclesiis obtinent quer tales aduocatos quise in aduocationes ecclesiarum tempore guerre violenter intrusint, ne ecclesiis illas quamdiu vixerint amittant. Et ita soluta est questio supra posita. Sed post decepsum eorum ad rectos aduocatos reuertentur presentationes ipsarum ecclesiarum.

Cap II.

Juxta predicta autem, queri potest cum quis aduocatus diracionarit in curia Regis aduocationem versus aliquem, et postea processu temporis persona illa obicitur utrum versus quem diracionata fuerit aduocatio possit de novo querere assidum de ultima presentatione, et si breue de assida inde persquisierit, ita quod assida sit inde summonita quid deinde aduersario sit faciendum. Esto enim quod ille nunquam personam ad ecclesiam illam presertauerit, sed pater suus vel

E. iii. aliquis

Liber quartus.

aliquis antecessorū suorum, et quod obiciātur ei ab aduersario quod recognitionem inde habere non debeat, eo quod aduocationem ipsam in curia versus eum per iudicium perdiderat nunquid igitur eo ipso remanebit assisa, an non? Videtur quod ideo remanebit quia ille scilicet illius aduocationis nunquam habuerit, eo quod non ultimam presentacionem habuerit. sed videtur quod recte petere poterit scilicet patris sui, non obstante aliquo quod factum sit super iure ipso presentādi. Si vero iterum placitare possit de nouo super ultima presentacione: tunc non videtur quod perpetuo firma sint ea que in curia domini regis per iudicium scilicet sunt terminata negotia. Si enim prius abiudicata fuerit alicui aduocatione alicuius ecclesie, non videtur quod aliquo modo inde de cetero aliquam scilicet iuste recuperare debeat in ipsa curia versus illum maxime qui aduocationem illam diracionauit, nisi aliqua noua causa interuenient quare super hoc audiri debeat. si ita summonita esset assisa super hoc, remaneret eo ipso quod concedi possit ab aduersario illum vel aliquid quem

quem antecessorum eius ultimam habuisse presentationem : sed dicet quod si quid iuris ille vel antecessores sui inde habuerunt, illud amiserunt in curia domini regis per iudicium et probato hoc per recordum curiae, loquaciam amittere, et preterea in misericordia domini Regis remanebit.

Cap.12.

Notandum etiam, quod quandoque continet quod cum clericus aliquis mouet alicui clero controversiam super ecclesia aliqua in curia christianitatis, si per diuersos aduocatos aduocet se in ecclesia illa, clerici illi ad petitionem alterius aduocatorum defendetur placitum illud in curia christianitatis, donec disractionetur in curia domini regis ad quem ad uocatum pertineat aduocatio eiusdem ecclesie et per hoc breue.

Cap.13.

Rex iudicibus illis ecclesiasticis
Salutem. Iudicauit nobis R. quod cum
I. clericus suus teneat ecclesiam illam in
illa villa per suam presentationem que
de sua aduocacione est ut dicitur N. Cle-
sticus candens petens ex aduocatione M.
E.iii. millitis

Liber quartus.

militis, ipsum I coram vobis in curia christi
anitatis inde trahit in placitu. Si vero prefat-
tus N ecclesiam illam diracionaret ex aduo-
catione predicti M. Palam est quod iam
dictus R. iacturā inde incurreret de aduoca-
tione sua. Et quoniam lites de aduocationis
bus ecclesiarum ad coronam et dignitatem
meam pertinent, yobis prohibeo ne in cau-
sam illam procedatis donec diracionatum
fuerit in curia mea ad quem illorum aduo-
tio illius ecclesiæ pertineat. T. &c. Si vero
post prohibitionem illam in causa illa pro-
cesserint, tunc summonebuntur quod veni-
ant inde responsuri in curia domini Regis.

Cap. 14.

¶ Rex vicecomiti salutem. Prohibe iudi-
cibus illis ne teneant placitum in curia chri-
stianitatis de aduocatione illius ecclesie, vnde
de R. aduocatus illius ecclesiæ queritur qd
N inde eum trahi in placitum in curia
christianitatis quia placita de aduocationis
bus ecclesiarum ad coronam et dignitatem
meam pertinent. Et summaone per bonos
summonitores ipsos Iudices quod sint co-
tam me vel Iusticiis meis, eo die ostensuri
quare

quare placitum id tenuerunt contra dignis
tatem meam in curia Christianitatis. Sūmoz
mone etiam per bonos sūmonitores prefatū
N. quod tunc sit ibi ostensurus quare prefatū
R. inde traxerit in placitum in curia christias
nitatis. Et habeas ibi. &c. Teste. &c.

Liber quintus de questione

status et de natujs.

Cap. i.



Equitur de questione status
placitum, quod est inter alia
quos quando quis trahit alio
lium a libertate in villenag-
ium. vel quando aliquis in
villenagio, positus, petit libertatem, cum quis
autem petit alium in villenagio positū tan-
quam natuum suum, habebit breue de na-
tujs vicecomiti directum. Et coram viceco-
mite loci eum per breue illud clamabit ver-
sus illum qui eum in villenagium tenet. Et in
comitatu suo. Et si villenagiū suū coram vice-
comite in comitatu non contradicatur, tunc
placitum illud super nativo illo coram vice-
comite procedet, sicut inferius dicetur inter
clamantem illum nativū et teneātem. Si vero
liberum

Liber quintus.

Fribeturum hominem se esse dixerit is qui petatur, et super hoc demonstrando securū fecerit viē, tunc remanebit loqua illa in comitatu, quia vicecomes de placito illo se amplius de iure intromittere non debet verum tamen si super hoc idem vicecomes loquuntur illam audire voluerit, tunc is qui petitur clamet sc̄ Iusticiis et habebit breue Regis, quod si fecerit securum vicecomitem demonstranda libertate sui, tunc ponatur loqua illa coram Iusticiis Regis in curia Regis et interim pacem habebit is qui libertatem petit breue autem tale erit. Cap. 2.

Rex viē salutem, Questus est mihi R. quod N̄ trahit eum ad villenagiū, desicut ipse est liber homo ut dicit. Et ideo principio tibi quod si idem R. fecerit te securū de clamore suo prosequendo, tunc ponas loquelā illam coram me vel Iusticē meis eo dic et interim eum pacem inde habere facias. Et summone per bonos summonitores predictum N̄, quod tunc sit ibi ostensurus quare trahit cū ad villegiū iniuste. Et habeas ibi. &c. Cap. 3
Summonebitur itaque per idem breue, is qui clamat cū in villegiū et ei dies ponatur

ear quo clamēū suū prosecuetur. Die autem statuta si non venerit is qui petitur ad villenagium & eque nunciū neque effonium misserit, fiat inde secundum formam predictam in tractatu de loquela p. plegios attachias tis. Si vero se effoniare voluerit, hoc ei licet, eisdem et totidē effoniis et vicibus ut predictum est. Si vero is qui alium in villenagium clamat, neque venerit eo die neque misserit, dimittetur aliis siue die si presens fuerit sub tali forma scilicet quod is qui clamat, talo rea cupiare habeat quale de iure habere debet unde superius dictum est plenius interim autem in sensu libertatis erit is, qui ad villenagium clamatur.

Cap. 4.

Vtique autem presente in curia, hoc modo dationabitur libertas in curia siquidē producet is qui libertatē petit, plures de proximis et consanguineis suis de eodē stipite una de ipse exierat exēutes per quorū libertates, si fuerint in curia recognite et probate: liberabitur a iugo seruitus is qui ad libertatem p. clamatur si vero contradicatur status libertatis eorum productorū vel de eodē dubitetur ad visinetū erit recurrendum ita quod per eius veredictum sciatur utrum illi liberi homines

Liber quintus.

homines sint an non. Et secundum dictum
visineti iudicabitur. Si vero alios produxerit
is qui eum ad villenagium trahit ad proban-
dum contrarium eo scilicet quod illi homi-
nes quos ibi producit natiui sui sunt, ita q^{uod}
de uno stipite communi cum illo quem ad
natiuum clamat exierint tunc similiter si-
trique producti recognoscantur communes
consanguinei disquiretur per visinetum quis
eorum eidem sunt proximiores et secundū
hoc iudicabitur. Similiter quoque fiet si ex va-
na parte producti, negentur eundem in ali-
qua parte consanguinitatis attingere vel si
dubitetur super hoc omnis huiusmodi du-
bitatio per visinetū absoluatur. Probata au-
tem libertate in curia sufficienter tunc is de
cuius libertate contentio facta est, a clameo
petentis eum ad villenagium clamantis ab-
soluetur, et perpetuo liberabitur. Sivero in
probatione sua defecerit, vel si ab aduersario
suo diracionetur tanq^a natiuus sine recupe-
ratione aliqua, domino suo ad iudicabitur cū
catallis suis quecumque habet. Sub hac cadē
forma et hoc eodem ordine tractandum est
placitū, quando aliquis in libertate constitua-

tus

tus ad villenagium trahitur , vel quando aliquis in villenagium positus , propria sua deliberatione , petit libertatem ob id enim ad curiam domini regis veniens is de cuius libertate agetur, impetrabit loquela ipsam in curiam Regis deduci quo impetrator sub forma predicta , loquela procedet. Notandum etiam quod in placito isto locū non habet duellum, ad libertatem alicuius probandam a prima nativitate. Cap. 5.

Pluribus autem modis potest ad libertatem aliquis in villenagio positus deducivelut si dominus ejus volens eū ad libertatem perduci et a se et heredibus suis quietum clamauerit vel si eum ad liberandum alicui donauerit vel vendiderit. Illud tamen notandum est qđ non potest aliquis in villenagio positus liberatam suam propriis denariis suis querere. Posset enim tunc a domino suo secundum ius et consuetudinem regni ad villenagium reuocari quia omnia catalla cuiuslibet nativi, ita intelliguntur esse in potestate domini sui, qđ propriis denariis suis versus dominum suum a villenagio se redimere non poterit Si quis vero extraneus cum ad liberandum emeret

Liber quintus

emeret suis nummis , posset quidem per
petuo versus dominum suum qui eum ven-
diderat, se in statu libertatis tueri . Cum
quis enim natuum suum a se et heredi-
bus suis quietum clamauerit vel extraneo
vendiderit , poterit is qui libertatem ita
consequutus est erga dominum suum,
vel quoslibet alios heredes suos dum mo-
do per cartam vell alio modo legittime
hoc in Curia diracionauerit perpetuo se
tueri : ad duellum etiam hic poterit per-
ueniri , si quis eum a villenagio liberatum
contradixerit dum modo aliquis testis ido-
neus qui hoc viderit et audierit ubi libera-
tus fuerit libertatem suam voluerit diracio-
nare in curia . Notandum etiam quod potest
quis natuum suum quantum ad sui ipsius vel
heredum suorum personas , liberum facere.
non quantum ad alios . Quia si quis prius na-
tivus hoc modo ad libertatem perductus
contra extraneum aliquem ad diracionatio-
nem faciendam produceretur in Curia,
vel ad aliquam legem terrae faciendam , pos-
set inde iuste amoueri si nativitas sua ad
villenagium

villenagium suum in Curia obiecta fuerit
et probata etiamsi in tali statu miles fac-
tus esset a villenagio liberatur. Item si
quis nativus quiete per unum Annum et
unum diem in aliqua villa priuilegiata
manserit, ita quod in eorum communis
nem Gyldam tanquam ciuis receptus fu-
erit, eo ipso a villenagio liberabitur.

Cap. 6.

Sunt autem natui a prima natuitate
te sua quemadmodum si quis fuerit pros-
creatus ex nativo et nativa, ille quidem
nativus nascitur. Idem est si ex patre li-
bero et matre nativa. Sed si ex matre li-
bera et patre nativo idem est dicendum,
quantum ad status integratem, unde si
quis liber homo duxerit natuam in uxo-
rem ad aliquod villenagium, quam diu fu-
erit ita obligatus villenagio eo ipso le-
gem terre tanquam nativus amittit. Si qui ve-
ro procreantur ex nativa unius et nativo
alterius

Liber sextus.

alterius proporcionaliter inter dominos sue
pueri illi diuidendi.

HIC INCIPIT LIBER
liber sextus de dotibus.

Cap.i.



Os duobus modis
dicitur dos enī dicitur vulgariter id
quod aliquis liber homo dat sponsa
sue ad ostium ecclesie tempore desponsationis sue testatur autē unus
quisquerā iure ecclesiastico quā iure seculari
sponsam suam dotare tempore desponsationis. Cum quis autem sponsam suam dotat,
aut nominat dotē aut non. Si non nominat,
tertia pars totius tenementi liberi sui, intelligit
dōs eius et appellatur rationalis dōs
cuiuslibet mulieris tertia pars totius liberi
tenementi viri sui quod habuit tempore desponsationis ita q̄ inde fuerit seīsus in dominico.

Six

Sivero dotem nominat, et plus tertia parte, dos ipsa in tanta quantitate stare non poterit: amensurabitur enim usque ad tertiam partem, quia minus tertii parte scilicet tenementi sui potest quis dare in dotem, plus autem non.

Cap. 2.

Contingit autem quandoque quod si mons dicum tenementi habeat is qui mulierem dotat tempore desponsationis sue, possit dos ite ampliare scilicet de questu suo in tertiam partem vel minus. Si vero de questu nihil fuerit expressum in dotis assignatione, licet parum habeat tenimenti tempore desponsationis, et postea multa acquisierit non poterit in dotē clamari plus tertia parte illius tenementi quod habuerit quis tempore desponsationis quo mulierem dotauit Idem dico si quis in catallis, et in rebus terram non habens, vel etiam in denariis sponsam suam dauerit, et postea magnum questum fecerit in terris et tenementis, nihil de cetero de questu in dotem clamare poterit, quia hoc generaliter verum est quod quantacunque vel qualiscunque assignata fuerit dos alicui

F. i.

mulieri,

Liber sextus

Mulieri, si inde satisfactum fuerit mulieri quantum ad ostium ecclesie assignatum fuit ad dote nunquam de cetero poterit amplius ad dos gem petere.

Cap 3.

Sciendum autem est quod mulier, nihil possit disponere circa dotem suam tempore vite mariti sui. Quia cum mulier ipsa plene in potestate viri sui de iure sit, non est mirum si tam dos quam ipsa mulier et cetero omnes res ipsius mulieris plene intelliguntur esse in dispositione viti ipsius potest autem quilibet uxorem habens, dotem uxoris sue donare vel vendere vel alio quo voluerit modo alienare in vita sua ita quod tenetur uxori sua in hoc scilicet et in aliis rebus omnibus que certa deum non sunt ei assentire, adeo autem tenetur mulier obedire viro suo quod si vir eius dotem suam vendere voluerit, et ipsa contradixent, si postea fuerit ita vendita dos et empta, mora tuo viro suo non poterit mulier dotem ipsam versus emptorem petere si confessa fuerit in curia vel super hoc conuicta quod ea consgradiente viro suo fuerit dos a viro suo vendita.

Cap. 4.

Mortuo autem viro aliquius mulieris aut vas

Cap.

Et dos eius si fuerit nomiuata, aut non vacat. Si vacat, ponere se potest mulier in dotem suā et tenere se in sejuncta cum consensu heredis. Si vero non vacat, aut tota non vacat, aut quedam pars vacat, aut quedam pars non vacat. Si quedam vacat et quedam non, in parte que vacat, ponere se potest predicto modo, et de restituto habebit breve de Recto ad warrantum suū scilicet quod teneat ei plenum rectū de illa terra quā clamat pertinere ad rationabilem dotem suam quod breve tale erit,

Cap. 5.

Rex. M. salutem precipio tibi quod sine dilatatione planum rectum teneas A quā fuit uxori. E. de una hida terre in villa illa. quam clamat pertinere ad rationabilem dotem sua am quam tenet de te in eadem villa per liberum seruitium decem solidorum per annum pro omni seruitio quam. N ei deforc. Et nisi feceris vicecomes faciat ne oportear eam amplius inde conqueri pro defectu recti.

T.&c.

Cap. 6.

¶ Tractabitur autem placitum id in Causa warranti per hoc breve, donec probeatur curiam ipsius de recto defecisse quod

F. ii. qualiter

Liber sextus

qualiter fieri debet, inferius dicitur. Quod probato procedet loquela usque ad comitatum, et ita mediante comitatu, per voluntatem domini Regis. vel capitalis Iustie, poterit loquela ipsa ad curiam domini Regis etiam iuste transferri per hoc breve.

Cap.7

Rex vii salutem. pone coram me vel Iustie meis die illo, loquela que est in comitatu tuo inter A et N. de una hida terre in illa villa quam ipsa A clamat versus predictum N. ad rationabilem dotem suam. Et sumone per bonos summmonitores predictum N. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi cum loquela sua. Et habeas ibi. &c.

Cap.8.

Potest autem transferri huiusmodi loquela, sicut et alie quilibet a comitatu ad capitale curiam domini Regis; pluribus de causis. Tum propter aliquam dubitationem que emergit in comitatu super loquela ipsa, quam comitatus nescit diudicare. Et quando sic transferitur loquela aliqua ad curiam, tunc summonenda est utraque pars scilicet tam tenens quam petens. Cum ex perquisitione alterius partium transierit loquela tunc suscitetur

ficit illam partem summoneri que pars hoc non perquisivit Sivero ex consensu et perquisitione utriusque partium simul existentium in curia loquela ipsa transferatur ad curiam tunc neutram partium oportet summoneri quia eis intelligitur dies datus in curia Die autem statuta in curia, aut uterque abest, aut alter tantum, aut adest uterque. De absentia utriusque aut alterius tantum, satis superius est dictum utrumque vero presente in curia, mulier ipsa ius suum versus adulterium suum in hec verba proponet. Peto terram illam sicut pertinentiam illius terre, que mihi nominata est in dotē. Vnde maritus meus dotauit me ad ostium ecclesie die quo me desponsauit sicut de eo unde fuit vestitus et se situs eo tempore quo me inde dotauit. Ad huiusmodi ergo clamorem solet multipliciter ab aduersa parte responderi aut enim negabit eam inde fuisse dotatam, aut concedet. quicquid autem dicat non debet loquela illa procedere sine herede mariti ipsius mulieris. Summonendus ergo erit ad curiam quod veniat auditurus loquclam istam et per hoc breve.

Cap.9.

Rex vicē saltem. Summone per bonas summa

F.iii. monitores

Liber sextus

monitores N filium et heredem. E' quod si
coram me vel iustiē meis eo die ad vvaran-
gisandū A que fuit vxor ipsius. E patris suivnā
hidam terre in villa illa, quam clamat pertis-
nere ad rationabilem dotem suam de dono
ipsius. E. viri sui versus N. et vnde placitum est
inter eos in curia mea si terram illam ei vvar-
rantisare voluerit vel ad ostendendum quare
id facere non debet Et habeas ibi .&c. T &c.

Cap. 10.

Heces igitur ipse summonitus. si neque
tenerit neque se esoniauerit ad primum dia-
em vel ad secūdum vel ad tertium, vel si post
essoniam sua quarto die neque venet neque
iesponsalem miserit, qualiter distingi debes
at vel possit de iure et consuetudine regni
queri potest. Secundum quosdam distingi
poterit quod ad curiā veniat per feodū suū.
Itaque de consilio curie, capietur in manum
domini Regis tantum de feodo suo vnde
distingatur ad curiā venire ad ostendendū
ibi utrum debeat terram illam vvarantisare
an non, vel per plegios attachiari potest sec-
undum quosdam quod ad curiam veniat ad
id faciendum.

Cap. 11.

Apparente demū in curia herede viri mulieris
conquerentis, aut id testabitur et concedet
quod terra ipsa sit pertinentia dōtis ipsius
mulieris, et quod inde fuerit dotata ipsa mu-
lier, et quod antecessor eius inde fuerit scis-
sus tempore quo eam inde dotauit sicut de
pertinentia illius terre quam ei principalis-
ter nominavit in dote, aut non. Si id con-
cedat in curia, de cetero tenebitur illam terrā
versus ipsum tenentem diracionare, si inde
voluerit placitare. Et ita ipsa illi mulieri deli-
berare et convertetur contentio inter ipsum
tenentem et heredem ipsum. Aut si inde nolus-
erit placitare, tenebitur dare ipsi mulieri co-
petens escambium, quia de cetero perdere
non poterit mulier ipsa. Si vero heres ipse nec
testatus fuerit nec concresserit ipse mulieri id
quod ipsa versus tenentem proponit tunc pla-
citum inde poterit esse inter ipsam mulierē
et heredem: mulier enim efficaciter nullum
placitum mouere poterit versus aliquem,
sine warranto de dote sua: Si itaque ipsa
heres totum ius ipsius mulieris ei

F. iiiij. negauerit

Liber sextus

negauerit, ita quod dixerit in curia eam inde
nunquam fuisse dotatam ab antecessore suo
poterit inter eos ad duellum perueniri: si mu-
lier audientes et videntes ibi habeat, vel alia
quem idoneum testem qui audierit et viderit
ipsa inde fuisse ab antecessore ipsius heredis
dotatam ad ostium ecclesie desponsationis sue
tempore, et hoc paratus sit versus illum dira-
cionare. Si ergo mulier versus ipsum heredem
obtinuerit per duellum, tunc heres ipse tene-
bitur terram petitam ipsi mulieri deliberare
vel competens suum escambium eidem dare,

Cap. 12.

Nota etiam quod cum quis datur sponsam
suam in hec verba, do tibi terram istam vel
villam nominatam cum omnibus pertinenti-
tibus. Si aliquam pertinentiam eo tempore
non habuerit in dominico suo, nec inde fuit
fensus tempore desponsationis sue et in vita
sua eam diracio nari vel alio modo iuste per-
quisierit, poterit vxor post mortem viri sui iure
dotis etiam ipsam pertinentiam cum aliis
recte petere.

Cap. 13.

Sciendum etiam quod si vir alicuius mulie-

¶ dotem vxoris sue vendiderit alicui post
quam eam inde dotauerit, tenebitur heres
eius: dotē illā ipsi mulieri deliberare si poterit
et etiam ipsi emptori tenebitur ad rationa-
bile escambiū suum ex venditione vel dona-
tione sui vel antecessoris sui si minus ad rati-
onabile escambium ipsi mulieri tenebitur.

Cap. 14.

Cum autem tota non vacat dos alicuius
mulieris ita quod inde nihil habeat mulier
ipsa: tunc placitum illud ab initio tractandum
erit in curia domini Regis, et summonebitur
is qui dotem ipsam tenet per hoc breve.

Cap. 15.

Rex viē salutem, precipere N. quod iuste et si-
ne dilatione faciat habere A que fuit vxor E.
rationabilem dotem suam in illa villa quam
clamat habere de dono ipsius .E. viri sui
vnde nihil habet ut dicit , et unde queritur
quod ipse ei iniuste deforciat et nisi fecerit su-
mone eum per bonos summonitores quod
sit eo die corā nobis vel iustiē nostris ostē sus-
rus quare non fecerit Et habeas ibi &c. T. & c.

Cap. 16.

Liber septimus

Cap. xvi.

Quicunque autem dotem ipsam tenet heres siue alius oportet semper ipsum heredem presentem esse qui mulieri petenti de sua dote respondeat. Si alius itaque ab herede dotem ipsam deforciat mulieri, tunc per hoc breve summonebitur heres vero, per supra scriptum breve.

Cap. xvii.

Potest autem placitum illud inter heredem ipsum et mulierem, multipliciter variari. aut enim clamabit mulier ipsa dotem suam tantum nominatam: aut rationabilem dotem suam non nominatam heres quoque aut cedet ei dotem sibi fuisse nominatum aliam eamen quam ipsa petit aut sibi nullam fuisse nominatam dicet. Si ergo de dote nominata siue de diuersis nominationibus dotis, inter eos sit contentio, tunc poterit id in placito ipso, predicto modo procedi. Si vero rationabilis dos sine aliqua nominatione certa peccatur, certi iuris est quod heres tenebitur mulieri assignare in dotem tertiam partem totius liberi tenementi, quod antecessor eius habuit in dominico die quam eam despousauit integrum in omnibus ut in terris & tenementis.

et aduocationibus ecclesiarum Ita quod si non fuerit nisi una sola ecclesia in tota here
ditate, si contingere eam vacare in vita mulie
bris post mortem mariti sui, non poterat her
res ipse sine assensu ipsius mulieris personam
ad ecclesiam illam presentare. Excipitur cas
pitale mesuagium quod dari non potest in
dotem, nec diuidetur sed integrum remane
bit. Item in divisione non veniunt res quas
tenuerunt mulieres alie in dotē, vnde prius
dotatae fuerint, preterea si fuerint duo maner
ia vel plura diuidenda, non diuidetur cas
pitale manerium, sed integrum cum capitali
mesuagio hereditate remanebit, ita quod de aliis
o manorio vel alias maneriis ipsi mulieri ples
ne satisfiat. Notandum etiam quod pro etate
heredis non remanebit assignatio dotis ipsi
mulieri: preterea notandum quod si fuerit
terra aliqua data alicui mulieri in dotem no
minatim, ita quod ecclesia aliqua in feodo
illo sit fundata, post mortem mariti sui habe
bit mulier liberam inde presentationem: ita
gō clero cuiuslibet idoneo poterit illā ecclesiā
concedere

Liber sectus

concedere si uacauerit. Sed collegio non potest quia hoc auferret ius ipsius heredis perpetuo, si autem maritus ipsius mulieris alicui clero in vita sua ecclesiam ipsam concesserit, idem clericus ipsam ecclesiam tota vita sua poterit retinere etiam si hoc factum sit postquam uxorem suam de terra illa dotauerit, verum si domui religiose concesserit interim ecclesiam ipsam ipse maritus: debet ecclesia illa post mortem ipsius mariti ipsi mulieri de liberari. ita quod in vita sua liberam habebit inde presentationem. post mortem vero ipsius mulieris et ilius clerici qui ad eius presentationem iustitutus fuit persona: iterum ad dominum religiosam reuertetur ecclesia ipsa illa perpetuo remansura. Item sciendum quod si in vita viri alicuius mulieris fuerit ab eo uxor eius separata ob aliquam sui corporis turpitudinem, nullam vocem clamandi dote habere poterit mulier ipsa. Idem dico si fuerit separata ab eo per parentelam, scilicet quod nullam dote petere poterit mulier ipsa et tamen liberi eius possunt esse heredes et de jure regni succedent patri iure hereditatio. Nota item quod cum qui filius et he

es alicuius ex consensu patris sui ducit uxorem
et per assignationem patris sui uxori sic
quandam partem terre patris sui dat in do-
tēni: nunquid ab ea plus peti poterit in do-
tēni? Mortuo autem viro suo ante mortem
patris sui queri potest utrum terram illam no-
mine dotis retinere possit et utrum pater vis-
ti sui teneatur illi warrantare terram illam
Si vero mulier aliqua plus habeat in dotem
quana ei pertineat habere, precipietur vice-
comiti quod id amensurari faciat et per hoc
breue,

Cap. 18.

Rex vicecomiti salutem.. Questus est no-
bis N. quod A mater sua plus habet in do-
tē de sua hereditate quam habere debet et quā
pertinet ei habendum secundum dotem
rationabilem. deo tibi principio quod iuste
et sine dilatione facias id amensurari et iuste
et sine dilatione facias habere ipsi. N. quod
habere debet de iure et hereditate sua et ius-
ste ei sine dilatione facias habere ipsi A. quod
habere debet. Et quod pertinet ei habendum
secundum dotem suam rationabilem ne in-
de oporteat eum amplius conqueri pro de-
fectu iusticie. T. & C.

HIC INCIPIT LIBER SCPTIMUS DE HEREDIBUS

legitimis et bastardis masculis aut feminis
majoribus siue minoribus et de custodia et
privilegio minorum et de ultimi heredibus
qui sunt domini cum feodum eadis in mas-
tum eorum et de heredibus intestatis et de usu
taris et eorum heredibus et de maritagiis
et aliis donationibus antecessorum et ea
orum testamentis et debitis que omnia
nia heredes eorum tenentur uara-
rantilare.

Cap. i,

N alia enim acceptione, acci-
pitur dos secundū leges roma-
nas secundum quas proprie-
tatem appellatur dos, id quod cum
muliere datur viro quod vul-
gariter dicitur maritagium potest itaque quis
liber homo terram habens quandam
partem terre sue cunifilia sua vel cum aliqua
alia qualibet muliere dare in maritagium si-
ue habuerit heredem que non, velit heres
vel non, imo et eo contradicere et reclas-
mantur

mane. Quilibet etiam cuicunque voluerit
potest dare quandam partem sui liberi tenes-
mentum in remunerationem servitii sui vel los-
gnorur, fecerit aliquam curiam summoneat ad recordum faciendū in curia sua. Ita quod velit dominus Rex quod non liceat eius res cordo contradici. Solet autem multotiens summoneari aliqua curia, quod habeat recordum alicuius loquela de coram domino Rege vel eius Iusticie licet inde tale non habeat recordum cui contradici non possit, quia ex consensu partium poterit ipsa loquela ipsa per ipsum recordum procedi, si recordum id tale esse consenserint sit summonitio inde per tale breue.

Cap.9.

Rex vici salutem precipio tibi quod facias recordari in comitatu tuo, loquelam que est inter illum et illum de tanta terra in villa illa. Et habetas recordum illius loquelae cum me vel Iusticis meis ad illum terminum per quatuor legales milites qui inters fuerunt ad recordum id faciendum. Et summone per bonos summonitores illum qui terram illam clamant, quod tunc sit ibi cum loquela sua et illum qui terram illam teneret, quod tunc sit ibi ad audiendum illud. Et habetas. &c.

Cap.10.

¶ Preterea recordum habent minores curie

curie, de his que in eis facta sunt in curia do-
mini Regis quod contingit quando aliquis
Baro habet aliquam loquaciam in curia sua,
vnde aliqua rationabilis dubitatio oriatur,
ita quod curia ipsa non sufficiat eam deter-
minare tunc potest dominus ipse curiam sua
am ponere in curiam domini Regis . Ita
quod de dubitatione ipsa consilium et al-
sensum habeat curie domini Regis quid in-
de de iure fieri debeat. Et hoc debet domi-
nus Rex de iure Baronibus suis scilicet quod
ob talē causam, possunt sui Barones curia
assuastic in curiam suam ponere. Ita quod
faciat eis habere in curia sua de peritis ho-
minibus suis qui eis super hoc consilium pres-
teant. Cum autem in curia domini Regis sua
per dubitationibus suis fuerint certificati, pos-
serint inde cum loqua sua redire et ipsam
in curia sua deducere, et terminare . Item
recordum habet comitatus de ple-
gis, vel plagiis datis, et recepa-
tis in ipso comitatu et in
similibus.

(64)

Erg

HIC INCIPIT LI-

ber nonus de homagiis et re-

leuiis et seruiciis et auxiliis et de pro-
presturis et limitibus inuasis.

Cap. I.

Concordat
cum mag-
na carta.
Ca. 3. vbi ha-
betur quod
dominus
non habeat
custodiam



netur dominus feodi ab initio recipere hos
antequam magum recti heredis siue fuerit infra etas
homagium tem fratres ipse siue plenam habuerit etas
eius ceperit. tem. Dummodo masculus sit, femine enim
nullum homagium siccere possunt de iure,
licet plerunque fidelitatem dominis suis pre-
stare soleant veruntamen si fuerint maritate
mariti earum homagium dominis suis de
feodo

Redictis restat
continuandū de
homagiis facie-
dis et releuiis rea-
cipiendis. Mor-
tuο siquidē pa-
tre vel alio quo-
cinq[ue] alicujus
antecessore, te-

feodo illarum facere debent. Ita dico si feoda illa homagium debeant. Sin autem heres masculus fuerit et minor: nullam de ipsa revel de ipso herede vel de tenemento suo habere debet custodiam dominus feodi: donec ipsius heredis receperit homagium, qui a generaliter verum est quod nullum seruitum siue releuum siue aliud, potest quis ab herede siue fuerit maior siue minor exigere, donec ipsius heredis receperit homagium de tenemento unde seruitum habere clamat. Potest autem quis plura homagia, diuersis dominis facere de feodis diuersis diuersorum dominorum. Sed unum eorum oportet esse precipuum, et cum ligancia factum illi scilicet domino faciendum, a quo tenet suum capitale tenementum is qui homagium facere debet. Fieri autem debet homagium sub hac forma, scilicet ut is qui homagium facere debet, ita fiat homo dominis sui, quod fidem illi portet, de illo tenemento unde homagium suum prestat. et quod eius in omnibus terrenum honorem seruet, salua fide debita domino Regi et heredibus suis. Et ex hoc liquet quod vasallus, non potest dominum suum

Liber nonus

autem suum infestite, salua fide homagia. Autem
nisi forte se defendendo, vel nisi ex precepto
principis, cum iuerit cum eo contra dominium
suum suum in exercitum. Et generaliter nisi
huius de iure facere potest quis salua fide homagia.
quod vertat ad exhereditationem domini sui
vel ad dedecus corporis sui. Si quis ergo plus
ra homagia pro diuersis feodis suis fecerit
diuersis dominis qui se inuidet infestent, si capi-
pitalis dominus eius ei preceperebat quod secundum
in propria persona sua et contra alium dominium
suum suum oportet eum eius precepto in hoc
obtemperare, salvo tamen servitio alterius do-
minii de feodo quod de eo tenet. Paret itaque ex
predictis quod si quis aliquid ad exhereditationem
domini sui fecerit, et super hoc conuictus fu-
erit feodum quod de eo tenet de iure amittet
et heredes eius. Ide quoque erit si manus vio-
lentas quis in dominium suum iniecerit eum, les-
dendo vel atrociter iniuria afficiendo, et hoc fu-
erit in curia versus eum legitime comprobatum.
Sed utrum in curia dominii sui teneatur quis se
defendere versus dominium suum, de talibus ob-
iectis quero et utrum dominus suus possit eum
ad id faciendum distingere per consideratio-
nem.

Hoc enim curie sue sine precepto domini Regis
vel eius Iustici vel sine breui domini regis vel
eius capitalis Iustici. Et quidem de iure poterit
quis hominem suum per iudicium curie sue deduc-
cere et distingere ad curiam suam venire. Et
missi se versus dominum suum tertia manu vel
quota manu curia sua considerauerit possit se
purgare in misericordia domini sui de toto
feodo quod de eo tenet remanebit. Item que-
ro utrum dominus possit distingere hominem
suum veniens in curiam suam, ad responden-
tium de seruitio unde dominus suus queritur quod
ei deforit, vel quod aliquid de seruitio suo ei re-
transmisit. Et quidem bene poterit de iure hoc fa-
cere etiam sine precepto regis vel eius Iustici.
Et ita poterit inter doctrinam et hominem suum
inde ad duellum vel ad magnam astillam peruen-
niri per aliquem parium suorum qui de hinc
testem se faciat sicut ille qui viderit ipsum
tenentem vel antecessores suos fecisse seruitio
cum id de feodo illo, ipsi domino vel an-
tecessoribus suis, et hoc paratus sit diracio-
nare. Si vero fuerit hoc coniunctus fuerit te-
nens ipse de iure de toto feodo quod de do-
mino illo suo tenet exhibreditur. Sin autem
quod non poterit quis tenente suos Iusticiale

tunc

Liber homo.

tunc demum ad curie refugium erit necesse
sarium decurrere potest autem homo liber
masculus homagium facere, tam is qui etas-
tem habet, quam is qui infra etatem est tam
clericus quam laicus. Episcopi vero consecras-
ti, homagium facere non solent domino Re-
gi etiam de Baronii suis. Sed fidelitatem
cum iuramentis interpositis, ipsi prestare so-
lent. Electi vero in Episcopos ante consecra-
tionem suam, homagia sua facere solent.

Cap. 2.

¶ Eiunt autem homagia, de terris et tec-
nementis liberis, tantummodo de seruitiis
de redditibus certis assignatis in denariis et
in aliis rebus, pro solo vero domino fieri non
debent homagia alicui excepto principe ver-
rum de omnibus terris non semper fieri des-
bet homagium, quia non de dotibus, nec de
maritagiis liberis, nec de feodo Iuniorum
sororum de primogenita tenentium infra
tertium heredem utrobique. Nec de feodo
in liberam Elemosinam dato nec de aliquo
tenemento dato quocunque modo in mas-
titagium, quantum ad personam viri mulie-
ris cuius illud sit maritagium. Ca. 3.

¶ Fieri

¶ Hie autem possunt homagia, libero hominum tam masculo quam feminino, tam magiori quam minori, tam Clerico quam laico. Sciendum tamen quod si quis homagium fecerit mulieri de aliquo tenemento, que postea nupserit alicui viro: tenebitur vir ille eidē marito homagium facere de eodem tenemento. Queritur autem, potest si quis aliquid tenementum versus aliquem per concordiam factam in curia diracionauerit, qui tenementum id prius releuiauerit versus capitalem dominum, utrum ille qui diracionauit debet tenementum illud releuare.

Cap. 4.

¶ Mutua quidem debet esse dominij et homagii fidelitatis connexionio ita quod quantum homo debet domino ex homagio, tantum illi debet dominus ex dominio preter solam reverentiam, unde si alius alicui dominio auerit aliquid tenementum pro seruitio et homagio suo, quod postea aliis versus cum diracionauerit tenebitur quidem dominus tenementum id ei warrantizare vel competrans escambium ei reddere. Secus est tamen de eo qui de alio tenet seodium suum sicut

K.i. Hereditatem

Liber nonus.

hereditatem suam et unde fecerit homagium
quia licet is terram illam amittat non tene-
bitur ei dominus ad escambium. Mortuo ve-
ro patre vel antecessore alicuius ut predictum
est, et herede relicto qui intra etatem sit, rul-
lum ius habet dominus feodi in custodia
heredis vel hereditatis, nisi prius receptio ho-
magio heredis. Recepto vero homagio, in
custodia ipsius domini remanebit heres ipse
cum hereditate sua sub forma predicta, do-
nec plenam habuerit etatem. Tandem vero
codem ad etatem perueniente et facta ei he-
reditatis restitutione, quietus erit a relevi-
tatione custodie. Mulier vero heres alicuius
relicta, siue plenam habuerit etatem sive in-
fra etatem fuerit, in custodia domini sui re-
manebit, donec de consilio domini sui ma-
ritetur. Verum si infra etatem fuerit quando
dominus suus in custodiam illam receperit,
tunc ipsa maritata quieti erit hereditas illa a
relevio, quantum ad se et quantum ad virum
suum. Si autem habuerit etatem eo tempore
licet aliquamdiu in custodia domini sui
remaneat artequam maritetur, relatum ta-
men dabit maritus suus qui illam in uxorem
duxerit.

dixerit. Si melius autem prestitum releuium a marito alicuius mulieris, utrumque scilicet tam maritum quam uxorem, tota vita sua de res lewo ipsius hereditatis acquietabit. Quia nec mulier ipsi nec secundus manus ius si secundo nupserit premortuo viro suo, nec primus maritus suus, pre mortua uxore sua, terram illam iterum releuiabit. Cum autem heres masculus et notus heres etate habens relinquatur, in sua hereditate se tenebit ut supradictum est, etiam in uito domino. Dunatamen domino suo sicut tenetur suu offerat homagium coram prebis hominibus, et suum rationabile releuium, dicitur autem rationale releuium, alicuius iuxta consuetudinem regni de feodo unius militis, censum solidos de socagio vero quantum valet census illius socagii, per unum annum de Baronii vero nihil certum statutum est, quia iuxta voluntatem et misericordiam domini Huic incerto Regis, solent Baronie capitales, de reletitudini mea suis domino Regi satisfacere. Idem est detur magistrum de serianteriis. Si vero dominus ipse nec hoc na carta. magium, nec rationabile releuium ipsius Cap. 2. heredis, velit recipere tunc releuium ipsum

K. ii. saluo

Liber nonus;

Salvo custodiat et per probos homines id se-
pius domino suo offerat. Qui si nullatenus
id recipere voluerit, tunc heres ipse de domi-
no suo domino Regi vel eius Iustici conqua-
tatur, et tale breue inde habebit.

Cap. 5.

¶ Rex viē salutem. Precipe N. quod iuste
et sine dilatione recipiat homagium et rati-
onabile releuium R. de libero tenemento
quod tenet in illa villa. Et quod de eo tenere
clamat et nisi fecerit summone eum per hos
nos summonitores quod sit coram me vel
Iusticiis meis, eo die ostensurus quare non
fecerit. Et habeas ibi summonitores et hoc
breue T. &c.

Cap 6.

¶ De absencia siquidem ipsius summo-
niti quomodo sit iudicandum, vel qualiter
ad curiam venire idem distingendus sit: ex
predictis colligi potest. Tandem vero ad cu-
riam veniens, aut recognoscet illum ad rect-
um heredem, aut negabit eum inde esse
heredem, aut dubitabit utrum sit rectus he-
res an non. Item si recognoscat eum heres
dem, aut negabit eundem sibi optulisse ho-
magium suum et rationabile releuium, aut

ad

¶ confitebitur. Si itaque id tetum sic confiteatur, aut statim recipiet homagium et rationabile releuum ipsius in curia, aut ei dicem competentem dabit qua id faciet. Idem quoque dicendum est et si negaverit eum optulisse sibi homagium suum vel releuum dummodo recognoscat eum ad heredem. Sin autem precise negaverit eum esse heredem, tunc quidem extra seisinam esset, posset quidem assilam versus dominum suum querere de morte antecessoris sui. Veruntamen si in seisina sit: ita in seisinam se teneat et patenter sustineat, donec placeat domino suo homagium suum inde recipere. Quia non prius tenetur quis de relevio suo domino suo respondere, donec ipse homagium suum receperit de feodo vnde ei debet homagium. Si vero dubitauerit dominus ipse utrum recus heres fuerit an non qui homagium suum ei offert, quemadmodum si non fuerit heres notus ab ipso domino, vel etiam a vicineto tanquam heres, tunc poterit quidem dominus feodum terram illam in manum suam capere et retinere donec id clarius constet ei id quod dominus Rex de cunctis Bas-

Liber nonus.

tonis suis capitalibus facere solet. Moreuo enim aliquo Capitali Barone suo, statim Baroniam in manus sua retinet Rex: donec hec res grantum suum fecerit de releuio: licet heres ipse plenam haberit etatem. Posunt autem domini ex rationabili causa, receptiones homagiorum et releuij de feodis suis quandoque differre, veluti si alius quam is qui se facit heredem clamet ius in hereditate sua, pendente enim lite, non debet inde recipi homagium, uel dari releuium, aut si dominus ipse ius se credit habere tenendi hereditatem ipsam in dominico suo. Et tunc quidem si placitauerit inde versus illum qui in seisina est per breue domini Regis vel eius Iusticii poterit tenens ipse ponere se in magnam assilam domini Regis que sub qua forma procedere debet: in secundo libro supra explicitum est, nisi quia de quibusdam articulis fit hic quedam variatio quod ex hoc breui ad id faciendum lique

Cap.7.

Rex vicecomitis salutem. Summone per bonos summonitores, quatuor legales missores

lites de visineto illius ville; quod sint coram me vel Iusticiis meis eo die ibi ad eligendum super sacramentum suum duodecim &c. qui in eius rei veritatem sciant, et dicere velint, ad faciendam recognitionem vtrum N. maius ius habeat tenendi unam hydram terre in illa villa de T. vel ipse R. tenendi eam in dominico suo, quam ipse R. petit per breve meum versus predictum N. et unde N. qui terram illam tenet possit se in assilam meam, et petit recognitionem fieri, vtrum ille maius ius habeat tenendi terram illam in dominico vel predictus N. tenendi de eo. Et summozne per bonos summonitores predictum N. qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi auditurus illam electionem. Et habeas ibi &c. T. &c.

Cap. 8.

¶ Postquam vero conuenerit inter dominum et heredem tenentis sui de rationabili releuando et recipiendo, poterit idem heres rationabiliter auxilia de his minibus suis inde exigere. Ita tamen

K. iii.

moderate

Liber nonus.

moderate secundum quantitatem feodes
Quid fuerit rum suorum, et secundum facultates ne n*on*
rationabile auxilium definitum est statuto
VV. primi Cap. 35.
mis grauari inde videantur, vel suum contes-
nendum amittere. Nihil autem certum,
statutum est de' huiusmodi auxiliis dandis
vel exigendis nisi ut predicta forma inuolas-
biliter obseruetur. Sunt preterea alii casus in
quibus licet dominis auxilia similia, sed sub
forma prescripta exigere ab hominibus suis
veluti si filius et heres suus miles fiat, vel si
primogenitam filiam suam maritauerit et
trum vero ad Gverram suam manutenen-
dam possint domini huiusmodi auxilia exi-
gere quero. Obtinet autem quod non pos-
sunt ad id tenentes distingere de iure, nisi
quatenus facere velint. possunt autem dos-
mini tenentes suos ad huiusmodi rationabili-
lia auxilia reddenda etiam suo iure sine pre-
cepto domini Regis vel eius capitalis Iustic^e
per iudicium curie sue distingere per catala-
la que in ipsis feodis inuenientur, vel per ipsa
feoda si opus fuerit. Ita tamen quod ipsi tes-
nentes inde deducantur iuste secundum con-
siderationem curie sue et consuetudinem ra-
tionabilem. Si ergo ad huiusmodi auxilia ras-
pionas

rationabilia reddenda posset aliquis dominus tenentes suos ita distingere, multo fortius districtiōnem eo modo licite poterit facere pro ipso releuiō suo, vel pro necessariō seruizio suo de feodo suo sibi debito. Verum si dominus potens non fuerit tenētem suū pro seruitiis suis vel consuetudinibus iusticiare: tunc decurrentum erit ei ad auxilium Regis vel Capitalis Iusticē et tale breue inde habebit.

Cap. 9.

¶ Rex vicecomiti salutem. Precipio tibi quod Iusticies N. quod iusle et sine dilatatione faciat R. consuetudines et recta seruitia que ei facere debet de tenemento suo, quod de eo tenet in illa villa sicut rationabiliter monstrare poterit eum sibi deberi, ne oporteat eum amplius inde conqueri pro defecta recessi. T. &c.

Cap. 10.

¶ Sequitur autem placitum per hoc breve, is qui queritur in comitatu coram vicecomiti, et seruitia sua in releuiis vel in aliis rebus iuxta consuetudinem illius comitatus exiget, et si ius suum inde diracionauerit aduersa pars rationabile releuium suum ipsi domino suo reddet et preterea in misericordia vicecomiti.

Liber nonus.

dia vicecomitis erit, quia generaliter verum est quod de quolibet placito quod in comitatu deducitur et terminatur, misericordia que inde provenit vicecomiti debetur. que quinta esse debeat per nullam assidam generalem determinatum est. Sed pro consuetudine singulorum comitatuum debetur, in quodam comitatu plus, in quodam minus.

Cap. II.

¶ Sequitur autem de purpresturis. dicitur autem purprestura, vel porprestura proprie quando aliquid super dominum Regem iniuste occupatur, ut in dominicis Regis, vel in viis publicis obstructis, vel in aquis publicis transuersis a recto cursu, vel quando aliquis in ciuitate super Regiam plateam aliquid edificando occupauerit. Et generaliter quemque aliquid fit ad nocuusmentum Regii tenementi, vel Regie vie, vel ciuitatis, placitum inde ad coronam domini Regis pertinet. Inquirentur autem huiusmodi purpresture, vel in capitali curia, vel coram iusticiis Regis ad tales inquisitiones faciendas

faciendas in diuersas regni partes transmissis
 per iuratum patrie sive viciet. Et qui per
 iuratum ipsam aliquam huiusmodi fecisse
 purpresturam conuictus fuerit in misericor-
 dia domini Regis remanet, de toto feodo
 quod de eo tenet. Et quod occupauit reddet.
 Et si in ciuitate super Regiam plateam edifi-
 cando occupasse conuictus fuerit, edificia
 quoque illa domino Regi remanebunt illa
 scilicet que in territorio regio probata fu-
 erint constructa. Et nihilominus in misericordia
 domini Regis remanebit. Est au-
 tem misericordia domini Regis qua quis per
 iuramentum legalium hominum devi-
 to eatenus amerciandus est, ne aliquid de
 suo honorabili contenemento amittat. Cum
 quis contra alium quam contra Regem pur-
 presturam fecerit, aut contra dominum, sus-
 pum faciat aut contra alium. Si contra domi-
 num suum, et non infra assiduum, tunc distri-
 getur ipse occupator, quod ad curiam dos-
 ministri sui veniat id adrescaturus. Ita dico si-
 luid habuerit de eo ienementum et per hoc
 breue.

Cap. 12.

Rex

Liber nonis.

Cap.12.

¶ Rex vicecomiti salutem. Precipio tibi
quod iusticias N. quod sine dilatione veniat
in Curia I domini sui et ibi stet ei ad rectum
de libero tenemento suo quod super eum
occupavit ut die, ne oporteat. &c. T. & c.

Cap.13.

¶ Quis si super hoc coniunctus fuerit in curia
domini sui, tenementum illud quod de
illo domino suo tenuerit, sine recuperatione
amittere. Si autem nullum aliud tenementum
de eodem domino habuerit, tunc doz
minus ipse versus cum placitabit in curia ca-
piralis domini per breue de recto. Similiter
si quis super non dominum suum aliquid in
hunc modum occupaverit et non infra assi-
fiam, per breue de recto inde placitabit. Si
autem infra assifiam hec facta fuerint, tunc
locum habet recognitio de nota discessina
ad recuperandam se fiam unde infra dice-
tur in hujusmodi purprestatis faciebris, qua-
doque intaduntur ipsi huius fiam et
per occupationem exceduntur. Et tunc alte-
rutto vicinorum super hoc conquerente in
curia, precipitur quidem vicecomiti quod
coram

coram eo per legales homines de vicineto, scilicet
at visus illorum limitum et per eorum sacra
mentum faciat eos esse sicut esse debent et
esse solebant tempore Regis H. cui domis
ni Regis et per hoc breve. Cap. 14.

¶ Rex vicecomiti salutem. Precipio tibi
quod iuste et sine dilatione facias esse ratio
nabiles diuisas inter terram R in illa villa, et
terram Ade de Byri, sicut esse debent et esse
solent, et sicut fuerunt tempore Regis H. cui
mei unde R queritur quod Adam ious
ste et sine iudicio occupauit plus inde
quam pertinet ad liberum tenem
tum suum de Byri ne amplius
inde clamorem audiam pro
defectu iusticie. T. & c.

(.:)

HIC INCIPIT LIBER DECIMUS DE DEBITIS LAICO

rum que debentur ex diuersi contractibus
videlicet ex venditione, emptione, do-
natione, mutuo, comodato, loca-
to, conducto, et de plegiis et vadis,
sive mobilibus sive immobilis-
bus et de certis debita
continentsibus

Cap.

j.



Lacitum quoque
de debitibus laico-
rum, spectat ad
coronam et dig-
nitatem regis. cu
quis itaque de
debito quod sis-
bi debetur curie
queritur, si placis-
tum illud ad curiam Regis trahere possit, tas-
te breue de prima sun. monitione facienda
habebit.

Cap.2.

Rex

¶ Rex vicecomiti salutem. Precipe N.
quod iuste et sine dilatione reddat R. cens-
ium marcas quas ei debet ut dicit. Et unde
queritur quod ipse ei iniuste deforciat et ni-
si fecerit summone eum per bonos summox-
nitores, quod sit coram me vel Iusticiis me-
is apud VVestmonasterium a clauso pasche
in quindecim dyes ostenditurus quare non fe-
cerit. Et habeas ibi summonitores et hoc
breue. T.&c.

Cap. 3.

¶ De absentia quidem virtusque partis
qualiter iudicandum sic vel defalta ante lis-
tu ingressum, in superioribus satis dictum
est. Illud tamen notandum est quod non solet
Curia Regis aliquam distictionem faces-
re ad iustificandum aliquem per citalla,
quod ad curiam veniat pro aliquo placito.
Ergo de tali placito de consilio Curie, potest
quis distraingi per feodum suum, vel per ples-
giorum atrachiamentum, sicut in aliis placis
ex fisci solet utroque vero existente in Ca-
rnia, qui petit pluribus ex causis debitum
petere potest, aut enim debetur ei quid:
ex causa mutui, aut ex causa venditio-
nis, aut ex commodato, aut ex locato, aut
ex depos-

Liber decimus,

ex deposito, aut ex alia iusta debendi causa.
Ex causa mutui debetur aliquid: cum quis
credit alii aliquid tale quod consistit in nu-
mero vel pondere vel mensurā. Cum quis i-
taque aliquid tale crediderit, si plus eo reca-
perit usuram facit. Et si in tali criminis obie-
xit, damnabitur tanquam usurarius per lez-
gem terre vnde superius dictum est plenius.
Cum quid autem creditur alicui solet illud
plerunque credi sub plegiorum datione.
Quandoque sub vadīi positione: Quandoque
sub fidei interpositione; quandoque sub
carte expositione; quandoque etiam sub plus
riū istorum simul securitate. Cum ergo as-
tum debetur sub plegiorum datione tan-
tum, si principalis debitor ita inde defecerit
quod non habeat vnde soluere possit, tunc
debetum recuperandum erit ad plegios et inde
de summonebuntur per tale breue.

Cap.4.

Rex vicecomiti salutem. Precipe N. quod
iuste et sine dilatione acquietet R. de cen-
tum marcis versus N vnde eum a plegio auit
ut dicit, et vnde queritur quod cum non ac-
quietauit inde et nisi fecerit summone eum
per bonos

per bonos sumamonitorēs. &c. Cap. 5.

Apparentibus siquidem plegis in curia, aut
confitentur suam plegiationem aut negant.
Si confiteantur, tunc autem tenentur credito-
ri inde satissimē ad terminos competentes
eis in curia ad id assignatos. Vel se ab illa ple-
giatione per solutionem vel alio modo legit-
ime acquiescēsse, tenentur legittime probare.
Tenentur autem plegii si plures fuerint, si na-
guli in totum, nisi aliter conuenierit quando se
plegios inde fecerunt, et ad inde satissimē
dum simul sunt distringendi. Ita quod si plus
res dati fuerint plegii et aliquis vel aliqui eorum
non habeat unde reddere possūt, ipsum onus
acquietancie ad ceteros vel in totum, vel
in quantum ipsi defecerint spectabit verum
si de debitore aliquo plegiādo plegii pro cera-
tis partibus dati fuerint: quicquid de quibus
dam eorum plegiorum contigerit, reliqui nō
nisi pro partibus suis inde respondere cogent-
ur, poterit ergo ex hoc esse contencio quan-
doque inter creditorem et plegios, quandoque
inter ipsos plegios, si plegius aliquis dicat
se de minori summa plegiasse principalem
debitorem, et contra eum dicatur quod de-

Liber decimus

maiori, cu[m] enim singuli plegii de certis par-
tibus constituuntur, tunc necesse habet ipse
creditor cum illo agere, qui minus confitetur
se debere ex sua plegiatione quam debet.
Sin autem quidam eorum in totum, quidam
de certis partibus constituantur plegii: tunc
qui dem necesse erit illis qui in totum plegi-
auerint, agere cum illis qui minus quam
inde debent confitentur se debere. Quod
qualiter probari debeat, ex sequentibus lique-
bit. Soluto vero eo quod debetur ab ipsis
plegiis, recuperare inde poterint ad princis
pilem debitorem, si postea habuerit unde es-
is satisfacere possit, per principale placitum de
debitis unde inferius dicetur. Sciendum ta-
men quod si quis alium plegiauerit de stando
ad rectum in aliqua loquela, et pro defalta ipsi-
suis quem plegiauerit in misericordiam inci-
derit, ita quod ob illam causam aliquid per
soluerit, super hoc de cetero nil recuperare
poterit versus illum quem plegiauit. Quicun-
que autem alium plegiauerit de stando ad
rectum de aliquo placito quod pertinet ad
coronam domini Regis, ut de pace domini
Regis infracta, vel alio, si non habuerit cum

ad

ad rectum pro plegiatione illa: incidet in misericordiam domini Regis que qualis sit superius dictum est. Et per hoc liberabitur ab illa plegiatione. Sin autem plegii ipsi plegiationem in Curia negauerint, tunc si plures fuerint inde dati plegii, automnes negant plegiationem illam, aut quidam confitentur, et quidam negant. Si vero quidam confitentur, et quidam negant, tunc placitum inde est poterit tum inter ipsum creditorem et plegios tum inter plegios confitentes et plegios negantes secundum quod supradictum est. Que vero diracionatio, inde exigatur inter quoscunque placitū illud verratur? quero. Vtrum scilicet per duellum fieri debeat, an alio modo, velytrum scilicet plegii per iuramentum tot hominum quot Curia exigit, plegiationem ipsam possint negare. Dicunt autem ad hoc quidam: quod creditor ipse suo et legitimorum testium iuramento; poterit hoc de iure probare versus ipsos plegios, nisi plegii ipsi eum velit a sacramento leuare. Nunc quando petens

I.ii.

ipse

Liber decimus

ipse paratus accedit ad faciendum sacramen-
tum, olim vero opottuit hoc fieri ante legem
vadiatam. Sic ergo in tali casu, ut est inde per-
ueniri ad duelum. Cap. 6.

Creditur quoque mutuo res aliqua, sub vas-
di positione, quod cum sit, quandoque res mo-
biles ut catalla ponuntur in vadum. Quando-
que res immobiles, ut terre et tenementa et
redditus, siue in denariis siue in aliis rebus co-
sistentes. Item cum inter creditorem et debi-
torem conuenerit de vadu[m] interponendo cu-
iuscunque modi res inuadiata sit: debitor ipse
aut statim ipsi creditori facit habere sui vas-
di seismam postquam sibi rem mutuo data
acepit, aut non. Item inuadiatur res quando-
que ad terminum quandoque sine termino.
Item quandoque inuadiatur res aliqua in
mortuo vadu[m], quandoque no[n]. Mortuum vas-
dium: dicitur illud cuius fructus vel redditus
interim percepti in nullo se acquietant. Cum
itaque res mobiles ponuntur in vadum, ita
quod creditori inde fiat seismus, et ad eustum
terminum salvo tenetur creditor vadum il-
lud custodire. Ita quod nec eo vtatur vel quo-
cunque modo tractet illud, quare deterius es-
ficiatur.

sciatur. Si autem in custodia deterioris factum fuerit infra terminum per culpam creditoris, computabitur in debitum et ad valentiam ipsius deteriorationis. Preterea, si res talis fuerit, quod expensas exigat et custum necessaris unius, veluti ut pascatur vel reficiatur, secundum quod convenient inde inter creditorem et debitorem seruabitur inter eos. Preterea, cum ad certum terminum res aliqua ponatur in vadum, aut ita conuenit inter creditorem et debitorem, quod si ad terminum illum vadum suum non acquietauerit debitor ipse: tunc vadum ipsum remanebit ipsi creditori, ita quod negocium suum sicut de suo inde faciat: aut nihil tale inter eos conuenit. In priori casu stabitur conuencionis. In secundo existente termino si fuerit debitor in mora soluendi debitum, poterit creditor se inde conqueri et justificabitur debitor ut ad curiam veniat et inde respondeat et per hoc breue. Cap. 7.

Rex vicecomiti salutem precipie N. quod iuste et sine dilatione acquietet rem illam quam intuadivit. R. pro centum marcis usque ad terminum qui preteriret ut dicit et unde queritur quod eam non dum acquiescat et

Liber decimus

misifecent.&c.

Cap. 8.

Qualiter autem distingendus sit ut ad cuium veniat, utrum per ipsum vadum an alio modo queratur. Illud autem relinquere potest consilio curie, quia utrolibet modo potest res satis competenter expediri, oportet enim quod aliquando presens sit in curia antequam res sua creditoris clametur quieta. Posset enim presens aliquid dicere quare res ipsa creditoris non remaneret quieta, existens vero in curia debitor ipse, aut consenserit se re illa in vadum pro debito illo posuisse aut negat. Si consenserit: quia eo ipso constetur debitum, precipietur ei quod ad rationabile terminum vadum ipsum acquietet, et nisi fecerit, dabitur licentia ipsi creditori, de cetero negotium suum de vadio ipso sicut de propria res facere quomodo voluerit. Sin autem id neget, tunc re ipsa aut dicit suam esse sed aliqua causa ab eius decidisse possessionem et aliud in possessione constitutum, ut ex comodato aut ex commutatione, custodie causa, aut alii huiusmodi causa, aut in curia eandem rem suam non esse constetur, quod si fecerit. dabitur statim licentia ipsi creditori de re ipsa ut de propria disponere. Si vero rem illam suam esse dicat sed neget tam vadum quam debitum: tunc tenetur ipse creditor probare.

probare versus eū q̄ tantum ei creditit quāz
eū est in demanda sua et q̄ rem iplā ei inde
nominatim in vadū posuit. Qualis enim dira-
cionatio inde esse debeat, ex predictis patere
potest que supradicta sunt. De plegiis quī ple-
giationē suā negant, ante terminū vero debi-
tū, peti minime potest. Si vero non ad aliquē
terminū sed sine termino res aliqua in vadia-
tur, quocūque tempore voluerit creditor, debi-
tū petere potest. Solutio autē eō q̄ debet ut ab
ipso debitore, tenetur ipse creditor rem inva-
diatā ei sine aliqua deterioratione restituere,
nec h̄res illa aliquo casu amissa fuerit aut des-
teriorata in custodia, per id versus debitorem
minime liberabitur quia precise tenetur aut
rem inuadiatā restituere, vel de ea farissicere
aut debitū amittere. Quādoque vero cōuenit
inter debitore et creditorē de re aliqua inua-
diata, accepta a debitore re mutuata, si nō se-
quatur ipsius vadū traditio, quemodo cōsule-
tur ipsi creditori in talē eius māxime cū possit
eadē res pluribus aliis creditorib⁹ tū prius tū
posterior inuadiari. Super hoc notandum est q̄
curi domini regis huiusmodi priuatas con-
ventiones de rebus dandis vel accepiendis in
vadū vel alias huiusmodi extra curiam sive

L. iii. etiam.

Liber decimus

et iū in aliis curiis quā in curia domini Regis factis tueri non solet nec warrantizare et inde si non fuerint seruare, Curia domini regis se inde non intromittere ac per hoc de iure diuersorum creditorum priorum vel posteriorum aut de privilegio eorum non tenetur responderi. Cum vero res immobilis ponitur in vadum ita quod inde facta fuerit scilicet ipsi creditori et ad terminū aut ita conuenit inter creditorem et debitorem quod exitus et redditus interim se acquisent, aut sic quod in nullo se acquiccent. Prima conuentio iusta est et tenet. Secunda iniusta est, et inhonesta, que dicitur mortuum vadum sed per Curiam domini Regis non prohibetur fieri, et tamen reputat eam pro specie vslare. Vnde si quis in tali vadio deceserit et post mortem eius hoc fuerit probatum de rebus eius non aliter disponetur quam de rebus usurarii. Cetera sequentur ut prius de vadis in rebus mobilibus consistentibus dictū est. Notandum tamen quod ex quo aliquis soluerit id quod debuit vel soluere se obtulit competenter, si creditor vltius vadum peccans se maliciose detinuerit, debitor ipse secundū curie

curie cōquerens tale breue habebit. Cap. 9.

Rex vicecomiti salutem. precipe. N. quod
iuste et sine dilatione reddat, R. totam terrā
vel terram illam in illa villa quam ei inuadit
uit procentum marcis ad terminum qui pres-
entice dicit et denarios suos idem recipiat,
vel quam inde acquietauit ut dicit et nisi fecer-
it summonere eum pet bonos. &c. Cap. 10.

Apparens autem in curia creditor super hoc
summonitus: aut cognoscit terram illam ad
vadium suum vel dicet se tenere terram illā
ut feodium suum in primo casu oportet eum
aut vaduum reddere, aut rationabilem causā
ostendere in curia, quare id facere non debe-
at. In secundo vero casu utrolibet eorum pe-
tente, id est creditore vel debitore ponetur
super recognitionem patrī vtrūm creditor
tenet terram illam ut feodium suum vel vas-
dium suum vel vtrūm pater eius vel aliis an-
tecessor fuerit inde seisitus ut de feodo vel ut
de vadio die qua obiit, et sic potest obici ei
qui seisinam patris sui inde petit et sic poterit
super hoc recognitio multipliciter variari pro
modo petendi et pro modo respondendi. Si
autem recognitio a neutro petatur, procedet
placitum

Liber decimus.
plegium in curia super recta.
Cap. II.

Creditor siquidem si a scissina sua ceciderit
per debitorem vel per alium nullam inde ses-
soram per curiam recuperabit, nec etiam per
recognitionem de noua disseissa. Si enim
per alium quam per debitorem iniuste et si-
ne iudicio de vadio suo fuerit disseisitus de-
bitor ipse, poterit habere assam de noua dis-
seissa. Si vero per debitorem ipsum nullum
versus eum p̄ci curiam recuperare habebit
de vadio suo recuperando vel de novo ingresso;
nisi per ipsum debitorem, oportet enim
ipsum creditorem ad principale platum re-
dire, ut iusticietur debitor ut ei de debito suo
satisfaciat. Et summonebitur inde debitor per
breue supradictum de prima summatione
facienda.

Cap. II.

Die autem statuta debitore apparente in
Curia, creditor ipse si non habeat inde va-
dium neque plegium neque aliam diracio-
nationem nisi solam fidem, nulla est hec pro-
positio

batio in Curia domini Regis. Verum tamen
defidei lesionē vel transgressionē inde agi
poterit in Curia christianitatis. Sed iudex ipse
se ecclesiasticus licet super criminis tali posse
sit cognoscere et conuictō penitenciam vel
satisfactionem injungere. placita tamen de
debitis laycorum vel de tenementis in
Curia Christianitatis per assidam regni ra
tione fidei interpositā tractare vel termina
re non potest. Oportet ergo creditorem
alibi uti probationibus, si debitor debitum
ipsum neget. Si enim illud confiteatur,
tunc tenetur inde satisfacere simili modo
ut predictum est de plegijs consentientibus.
Per testem siquidem idaneum, potest in
de fieri diracionatio. Et per duellum, et
per cartam quoque. Cum quis itaque ad
debiti sui probationem cartam aduersarii
sui vel antecessoris eius offerat in Curia,
aut cartam ipsum aduocat aduersarius,
aut non. Si debitor cartam suam non aduo
cat, duobus modis sidem contrarie vel cons
tradicere potest scilicet ipsum sigillum in
Curia recognoscendo suum esse, sed tamen
vel.

Liber decimus

vel per se, vel per suum assensum, siue antecessori sui cartam esse consecram negando, vel omnino et sigillum et cartam negando. In primo casu ubi sigillum suum esse publice recognovent in curia, cartam illam precise tenetur warrantizare, et conuencionem in ipsa carta expressam sicut in ea continetur omnino solvare sine contradictione. Et siue male custodie impateret, si damnum incurrat per sigillum suum male custoditum. In posterius revero casu, poterit in curia carta ipsa per aliquem idoneum teste, prefertim ipsi carte inseratum, probari per duellum. Alio cuam modo solet fides cartis imponi in curia, scilicet a liquibus certis et manifestis iudiciis. Veluti per alias cartas eodem signatas. Et de quibus constat quod eius carte sint, qui cartam illam suam esse negat ita quod eas bene warrantizat in curia. Tunc enim si ita per omnia sibi concordent quod nulla suspicio diversitas in signorum appearat, haberi solet pro coniuncto, et siue hoc siue alio legitimo modo a liquis conuincatur, super tali opere loquela semper amittet, siue placitum fuerit de debito, siue de terra, siue de quacunque alia re.

Eg

Et præterea in misericordia Regis remanet.
 Generaliter autem verum est; quod quicunq;
 que aliquid dixerit in curia, vel in placito
 quod iterum negauerit; vel unde sequela vel,
 variantum vel probacionem sufficientem
 non habuerit; vel ad cuius contrarium dicens
 dum, vel ad quid negandum persufficientem
 probationem distretus fuerit, in misericordia
 domini Regis remanet. Si vero certam illam
 ab initio aduocat is contra quem producitur
 ad debitum aliquod probandum, tunc iuxta
 carte illius tenorem tenebitur ipse debitor
 creditori satisfacere. Cum vero aliquid mutuo
 creditur sub plurium predictorum securitas
 simul tunc quoque ex quo debitor ipse
 recte defecerit, distringendus est ipse simul
 per omnes securitates illas. Ideo enim plures
 securitates ab eo inde recepte sunt, ut citius
 deficiente debitore creditori inde satisfiat quæ
 sivna sola securitas intercruenisset.

Cap. 13,

Ex causa quoque commodati, solet res aliqua
 quandoque deberi ut si rem meam tibi gra-
 tis commodem ad vium inde percipiendum
 in servizio tuo, expleto quidem servicio rem
 meam

Liber decimus.

meam mihi teneris reddere sine detentio-
nione si extat, si autem res ipsa interierit, vel
perdita fuerit, quo cunque modo in custodia
tua, omnino teneris ad rationabile preium
mihi restituendum. Sed sub qua vel cuius
probatione prestandum. Prereterea si quis us-
que ad certum locum rem suam vel usque ad
certum tempus alii commodauerit, et is qui
eam ita recipit ultra illum locum, vel illud
tempus, eadem re usus fuerit, in quantum id
emendare debeat, vel sub qua probatione, vel
cuius idem sit iudicandum quero. A furto
enim: omnimodo excusatur per hoc quod
initium habuerit sue detentionis per domi-
num illius rei. Quero item utrum dominus
possit rem suam ita alii commodatam, infra
tempus vel locum reuocare, presertim si eius
usu ipsemet interim indiget.

Cap. 14.

Ex causa quoque emptionis et venditio-
nis debetur aliquid. Cum quis rem suam ali-
eui vendiderit, debetur enim precium ipsa
venditori. Et res empta ipsi emptori. Perfici-
tur autem emptio et venditio cum effectu,

ex quo de pretio inter contrahentes conue-
nit. Ita tamen quod secuta fuerit rei empte
et vendite traditio. Vel quod premium fuerit
solutum totum siue pars vel saltem quod ar-
the inde fuerit date et recepte. Sed in duobus
prioribus casibus nullo modo potest alteru-
ter contrahentium sola voluntate a contra-
tu resilire, nisi ex aliqua iusta et rationabili
causa. Veluti si inter eos conuenient, ut liceat
alterutri eorum inde se impune retrahere in
fra certum terminum, tunc enim licet utri-
que (sicut conuenit) infra datum terminum a
contractu impune recedere. Quippe genera-
liter verum est quod conuentio legem vin-
tit. Preterea si venditor ipse rem suam ven-
diderit emptori tanquam sanam et sine ma-
hemio, si postea probare poterit emptor rati-
onabiliter, rem ipsam tempore contractus
minus sanam fuisse et cum malicio, tunc
quidem venditor tenebitur rem suam retro
habere. Verum sufficit rem fuisse idoneam
tempore contractus, quicquid postea de
illa contingat. Sed infra quod tempus
liceat hoc probare vel inde conqueri.

que

Liber decimus.

quero maxime ubi nullum pactum interue-
nit, ubi vero sole arrhe date sunt, si emptor a
contractu recedere voluerit id ei cum arrhe-
rum amissione licebit. Si autem venditor rece-
dere voluerit in tali casu, quero utrum sine pena
id facere possit, quod non videtur quia
tunc videretur in hoc melioris condicioneis ve-
ditor quam emptor. Quod si impune id fieri
dequit, quam penam inde prestabit, periculum
autem rei vendite etempte illum generalis-
ter respicit qui eam tenet nisi aliter conues-
nerit.

Cap. xij.

VVarrantizare autem venditor et heredes
eius tenentur emptori et heredibus suis res
venditam, si fuerit res immobilis et inde po-
natur in placitum emptor ipse vel heredes
eius, eo modo quo supra expositum est in tra-
tatu de v warrantis. Si vero fuerit res mobilis
quam quis petit versus emptorem, eo quod
prius fuerit ei vendita vel donata, aut ex alia
iusta causa adquisita, nec adiecta fuerit ab eo
felenia idem dicendum erit quod de re im-
mobili predictum est. Si vero ex causa fur-
pina res aliqua petatur versus emptorem, tene-
tur

tur precise se ab omni causa furtiva sibi imposta defendere, aut varrantum inde vocare. Si itaque emptor ipse varrantum vocauerit, aut certum aut incertum si certum vocauerit quis varrantum in curia quem dicat se velle habere ad varrantum ad rationabilem terminum, tunc ei ponendus est inde dies in curia. Esi ad diem illum presens fuerit ille qui vocatus fuerit ad varrantum, et venditionem suam, et rem venditam ipsi emptori varrantizauerit in curia. tunc empator ipse omnino liberabitur inde ita quod nihil de cerero inde perdere poterit. Si autem de varrantizatione ei defecerit, tunc erit inde placitum inter emptorem et varrantum suum ita quod ad duellum inde poterit perueniri. Sed nunc quid varrantus poterit varrantum in curia vocare. Quod si sic est ad quotum varrantum erit standum. Preterea cum quis ita nominat varrantum de te que petitur furius, solet varrantum ipse attachari per tale breue vicecomiti direcrum.

Cap. 15.

¶ Rex vicecomiti solutem. Precipio tibi quod sine dilatione attachari facias per filii

M.i. nos

Liber decimus.

uos et securos plegios N. quod sit coram me vel iusticiis meis eo die ad warrantizandum R. illam rem quam H. clamat aduersus R. ut furtiuam. Et unde predictus R. eum traxit ad warrantum in curia mea vel ad ostendendum quare ei warrantizare non debet. Et habcas ibi summonitores et hoc breue. &c.

Cap. 17.

¶ Si vero incertum warrantum vocauerit, in tali casu si sufficientem habuerit probationem de legitimo mercatu suo, id eum a felonial liberabit. Sed tamen a damno nouo conseruat quod non scilicet rem illam amittat. Si autem super hoc sectam non habuerit sufficientem, in periculo est. Probari autem solet res debita ex empto vel ex commodato generali probandi modo in curia. Scilicet per scriptum vel per duellum.

Cap 18.

¶ Ex locato quoque et ex conductorso let res quandoquedeberi, ut cum quis locat rem suam alii usque ad certum terminum, certa interueniente mercede. Hic enim tenetur locator, rem locatam ad usum dare. Conducator quoque solvere mercedem. Sciendum autem

Liber decimus. **fol. 84,**

autem quod elapsō termino , potest locator
se licere in re sua locata etiam sua autoritate
recipere . Sed quid si conductor censum sus-
um statuto termino non soluerit , nunquid er-
in hoc casu licet locatori ipsum sua autorita-
tate expellere ? Predictos vero contractus qui
ex priuatorum consensu sunt , breuiter trans-
igimus , quia ut predictum est priuatas con-
ventiones non solet curia domini Regis rite
enire , et quidem de talibus contractibus qui
quasi priuare quedam conuentio-
nes censerit possunt , se non in-
termetit Curia domini

Regis.

.(.:.)

M. 25

HIC INCIPIT LI- **ber undecimus de responsale**

bu. qui loco dominorum ponuntur in
curia ad lucrandum et perdend-
dum pro eis.

Cap. I.



Lacra in superie-
ribus exposita su-
per recto quidem
et proprietate rei
prodita sunt que
prosequi quis pos-
test sicut et alia
quilibet placita
ciuiata tempe se

ipsum quam per responsalem suo loco pos-
tum ad lucrandum vel perdendum Verum
oportet cum esse presentem in curia qui aliis
cum ita loco suo ponit. Solet autem id fieri
coram Iustici domini Regis in Banco resi-
dentibus aliter autem quam per dominum pres-
sentem in curia nullus omnino recipi debet
responsalis. Nec oportet aduersarium ob id
presentem

presentem esse, nec etiam illum qui loco alterius ita ponitur si sit notus curie: potest ita que unus solus loco alterius ita ponit: Duo etiam vel plures simul vel sub disjunctione. Ita quod sivus interesse non possit reliquus vel reliqui placitum id exequuntur, per procuratorem itaque talem potest placitum id deduci in curia et terminari sive per iudicium sive per finalem concordiam, adeo plene et firmiter ut per eum qui alium loco suo inde posuit: Sciendum etiam quod non sufficit aliquem constituere alium ballium suum vel seneschallum de terra et rebus suis disponendis etiam si hoc constet curie ad hoc ut idem recipi debeat in curia loco domini sui in aliquo placito, oportet autem ut ad hoc specialiter interueniat mandatum. Et quod idem iuxta formam prescriptam ponatur loco eius specialiter in placito illo ad lucrandum vel perdendum pro eo. Notandum preterea, quod potest quis in curia domini Regis ponere loco suo alium ad lucrandum vel perdendum pro eo etiam in placito quod in alia curia habet. Et precipitur quod idem in curia ipsa recipiatur loco alterius per tale

Liber undecimus.

bretie.

Cap.2

¶ Rex vicecomitivel alii presidentie illi salutem. Scias quod N posuit coram me vel Iusticē meis R locosuo ad lucrandum vel perdendum pro eo in placito illo quod est inter eum et R de vna carucata terre in illa villa vel de alia aliqua re nominata. Et ideo tibi precipio quod predictum R loco ipsius N in placito illo recipias ad lucrandum vel perdendum pro eo T.&c.

Cap.3

¶ Cum quis itaque iuxta formam prescriptam loco alterius ponitur in aliquo placito: nunquid effonia ex sua persona tantum vel ex persona domini sui tantum vel ex utriusque persona locum habebunt. Et quidem effonia illius procuratoris solummodo locum habent in tali casu, donec scilicet reuocetur ipsa procuratio. Preterea cum quis ita loco alterius positus in curia de placito illo respondet, et id quod ad eum spectat facit, nunquid potest dominus suus eum pro beneplacito suo inde removere? Ita quod alium inde faciat procuratorem maxime si postea capitales iniurias

imicitie interuenient. Quia autem ipse dominus possit placitum suum sequi alio a se moto dubium non est. Quia ita intelligitur quilibet alius loco suo ponere scilicet si ipsem et interesse non possit. Obtinet autem quod dominus talem procuratorem possit a qualibet parte licei amonere. Et illius etiam loco eiusdem in Curia sub forma prescripti profecte potere. Potest autem pater ita loco suo filium pro se ponere, et vice versa. Extraneus quoque extraneum. Vxor quoque maritum. Cum quis itaque maritus positus loco vxoris sue in placito de maritagio, vel de dote ipsius uxoris alii quid amiserint vel remiserint de iure ipsius uxoris, per iudicium sue per concordiantem quid poterit mulier ipsa inde iterum placitum mouere? an tenetur omnino. Fictum viri sui post mortem ipsius evenerit? Non videtur autem quod per factum viri sui debeat mulier in tali casu, aliquid juris amittere, quia dum fuit in potestate viri sui, in nullo potuit contradicere aut contrarie ei ipsius voluntati et ita non sibi potuit contra voluntatem viri sui in iure suo prospicere.

M. iii,

Sed

Liber vnde cimus.

Sed dicitur contra. ea que in curia domini Regis gesta sunt rata et firma esse conueniat.

Cap.4.

Distringendus autem est dominus ad tenendum id quod per responsalem suum factum est siue per iudicium siue per concordiam. Sed quid erit si ipse dominus soluendo non sit nec habeat unde distingi possit, responsalis autem habeat? Evidem non est distringendus responsalis ipse.

Cap.5.

Quod autem hic dicitur quod non potest aliquis loco suo alium cum effectu ponere nisi presens sit in curia contrarium videtur his que in primo libro scilicet de effoniis posita sunt. Ibi enim dicitur quod si quis post tertium effonium suum aliquem quicunque ille sit, responsalem miserit, saltem cum litteris suis recipietur in Curia. Sed hoc contingit ex vi iudicij. aliud obtinet ubi consideratione Curie vel distinctione alium querit loco suo

in placito ponere ad lucrandum vel perdendum pro eo. preterea notandum quod Abbatibus et priores canonicorum regularium per se recipiuntur in curia sive litteris sui coniugis alii priores sive canonicorum sive monachorum si fuerint cellarii etiam transiit apud nichil modo sine litteris abbatis vel magni prioris admittuntur in Curia. Item magister militie templi, et capitulus prior hospitalis Ierusalem per se recipiuntur, nulli autem infestiores eis de suo ordine recipi solent. Preterea cum unus vel duo ponuntur in curia loco alicuius in placito aliquo predicto modo nunquid ille unus poterit ponere alium vel unus illorum duorum reliquum, vel etiam aliquem tertium loco suo vel loco domini sui ad lucrandum vel perdendum pro eo in placito ipso.

(.-)

HIC INCIPIT LIBER duodecimus de placito de recto et de diversis breuibus

**Regis de recto vicecomitibus,
vel dominis feodi directis super diversis causis.**

Cap 1.



Redita quidem placita de recto, directe et ab initio veniunt in curia domini Regis et ibi videntur dictum est deducuntur et terminantur. Quandoque etiam licet ab initio non veniant in curia domini Regis quedam placita de recto, veniunt tamen per translationem, ubi curie diuersorum dominorum probantur de recto defensisse. Tunc enim mediante comitatu, possunt a comitatu ex diversis causis que superius expressis

postea sunt ad capitem curiam domini Regis transferri. Cap 2.

Cum quis itaque clamet aliquod liberum
tenementum vel servitium tenendum de alio
per liberum seruitium, non poterit inde trahere
tenentem in placitum sine brevi domini Regis
vel eius iusticie habebit ergo ad dominum
suum de quo id clamat tenere breve de reca-
to. Quod si placitum fuerit de terra, tale est.

Cap. 3.

Rex Comiti VV. salutem. Precipio tibi
quod sine dilatione teneas plenum rectum
N. de decem Carucatis terre in Midleton
quas clamat tenere de te per liberum seruitium
feodi vnius militis pro omni seruitio, vel per
liberum seruitium centum solidorum per
annum pro omni seruitio, vel per liberum
seruitium unde duodecim Carucate terre
sanguiniferae feodium vnius militis pro omni seruitio,
vel quas clamat pertinere ad liberum te-
nementum suum quod de te tenet in easdem
villa vel in Mortum per liberum seruitium.
&c vel per seruitium. &c. vel quas clamat
tenere de te de libero maritagio M. mas-
tris sue, vel in liberum Burgagium, vel in
liberam

Liber duodecimus.

liberam Elementynam, vel per liberum seruitium eundem tecum in exercitum domini Regis cum duobus equis ad custum suum pro omni seruido, vel per liberum seruitium inserviendi tibi unum arbelastarium in exercitum domini Regis per quadraginta dies pro omni seruicio, quis R. filius. VV. ei deforciat. Et nisi fecerit vicecomes de Northampton, faciat ne amplius inde clamorem audium pro defectu iustic. T. &c. Multipliciter autem variari solent de recto huiusmodi brevia diuersis de causis que liquebant ex diuersis formis brevium subscriptorum. Si vero fuerit placitum de seruitio breve tale erit.

Cap. 4.

Rex N. salutem precipio tibi quod sine dilatione plenum rectum teneas N de censum solidatis redditus in illa villa quam clamat tenere de te per liberum seruitium. &c. vel per seruitium. &c. Et nisi feceris vicem Oxonie, faciat ne amplius inde clamorem audiatur pro defectu recti. T. &c.

Cap. 5.

Rex

Liber duodecimus. Fol. 89.

¶ Rex R. salutem. Precipio tibi, quod
iuste et sine dilatione habere facias N. et A.
utoris sue rationabilem partem suam que ex
os contingit de uno mesuagio in illa villa
quam climentant perinere ad liberum tenes-
mentum suum quod tenent de domino Re-
ge in eadem villa, per liberum seruitum du-
orum solidorum per annum, vel devna mar-
cata redditus in illa villa quam clament de
libero maritagio ipsius A. vnde queruntur
quod B. soror ipsius A. ejus defeciat. vel quam
G. eis deforcet. Et nisi feceris vicecomes faciat
ne amplius oportet inde conqueri pro defec-
tu iusticie. T. &c.

Cap. 6.

¶ Solent autem placita ista in curiis dos-
tinorum vel eorum qui loco dominorum
habentur deduci secundum rationabiles
conscientias ipsarum curiium, que tot et
tam varie sunt ut in scriptum de facilis reduci-
non possint.

Cap. 7.

¶ Probantur autem curie ipse de recto
defecisse in hunc modum. Conquerente au-
zem se eo qui petit vicecomiti in comitatu
et breue domini Regis afferente: mittet vice-
comes

Liber duodecimus.

comes ad curiam ipsam die quia' litigatoribus a domino ipsis curie statuta fuerit, alis quem seruientem, ut et ille coram quatuor vel pluribus legalibus militibus eiusdem comitatus qui ex precepto vicecomitis illicet erunt audiat et videat probationem ipsius petentis scilicet curiam ipsam ei de recto defecisse in placito ipso Quod et ipse petens sic esse, suo iuramento et cum duobus aliis id audiencibus et intelligentibus, et cum eo iurantibus probabit. Sub tali ergo solempnitate solent loquele a quibusdam curiis ad comitatus transferri. Et ibi de novo tractari et terminari sine contradictione vel recuperatione ipsorum curiarum, quam inde habere possunt ipsorum curiarum dominis siue heredes quantum ad illud placitum. Si autem priusquam curia aliqua predicto modo probetur de recto defecisse loquela aliqua ab ea ad superiorum curiam trahatur, poterit dominus ille Cutie die placiti curiam suam ea ratione repetere quod non dum probata fuerit de recto defecisse, et ita eam per iudicium retro habebit nisi ibi probetur de recto eam ut dictum est defecisse. Sciendum tamen quod siad

Si ad capitalem Curiam domini Regis ita tracta fuerit aliqua loquela , frustra vendicabit ibi quis die placiti Curiam suam , nisi iteratio die ante , coram legalibus hominibus eam vendicauerit . Nullo autem die posito ipsi petenti unde ipse queri possit , et iuste de dilatione ei facta , sufficit ei fallare Curiam ipsam sub forma prescripta quocunque loco voluerit in feodo ipso . Si dominus nullus ibi haberet resenantiam super feodum ipsum sive ipsi domino licet Curiam suam ibi tenere , et ipsi petenti diem ponere quo cunque loco voluerit super feodum ipsum . Extra autem feodum ipsum non licet ei debere .

Cap. 8.

¶ Debet autem impetrari breve solummodo ad illum de quo clamat tenere is qui petit , non ad alium nec etiam ad capitalem dominum . Sed quid erit si petens ipse devno clamare tenere . Et tenens ipse de alio teneat . Evidenter in tali casu quia is cui breve dirigitur placitum id tenere non potest , cum aliud non

Liber duodecimus.

qui non possit de curia vnde ipse se situs esse intelligitur iniuste et sine iudicio discessere, ex necessitate itur inde ad comitatum. Et ibi procedit placitum vel in capitali curia. Ita quod uterque dominorum per summonitionem ibi adesse debet, ut utroque presentes agatur sicut superius dictum est in tractatu de warrantis.

Cap. 9.

Ad vicecomitem autem prouinciarum, pertinent predicta placita de recto vbi Custodie dominorum probantur de recto defecisse. Et alia quedam placita veluti si quis conqueratur se curie de domino suo quod consuetudines et indebita seruitia vel plus seruitii exigit ab eo de libero tenemento suo quod de eo tenet, quam inde facere debeat. Item placitum de nativis ut dictum est. Et generaliter omnia illa vnde breue domini Regis habet vel capitalis Iusticie ipse vicecomes, de aliquo iusticiando, vel quod ipse rectum faciat, nisi alius fecerit ut predictum est, ad ipsum vicecomitem pertinent audienda et terminanda quorum quedam per brevia supposita

Subposta liquebunt,

Cap. io.

Rex. Nisi salutem prohibeo tibi ne iniuste
vexes vel vexari permittis, H. de libero tenes-
mento suo quod tenet de te in illa villa. Nec
inde ab eo exigas vel exigi permittas consu-
studines vel seruitia que tibi inde facere non
debet. Vel que antecessores sui inde non fe-
cerunt nec facere debuerunt tempore. H rea-
gis cui mei et nisi feceris vicecomes faciet ne
oportet cum amplius inde conqueri. &c.

T.&c.

Cap. ii.

Rex vii salutem. precipio tibi quod iuste.
et sine dilatione facias habere. M.R. natuum
suum et fugitiuum suum cum omnibus catala-
lis suis, et cum tota sequela sua, ybiunque in-
uenitus fuerit in balliuua tua. Nisi sit in dominico
tempore qui fugit de terra sua post primam coros-
nationem meam. Et prohibeo ne quis cum
iuste detineat super foissacturam meam.

T.&c.

Cap. iii.

Rex viii salutem. Precipio tibi quod iuste et
sine dilatione facias habere C. aueria sua per
vadium et plegium unde queritur quod. R.
ea cepit et detinet iuste, pro consuetudin-
ibus

N.i.

Liber duodecimus

bus quas ab eo exigit quas ipse non cogit
cit se debere et ipsum preterea inde iuste de-
duci facias ne oporteat eum. &c. Cap. 13.
Rex viē salutem. Precipio tibi quod iuste et
sine dilatatione facias amensurari pasturam de
illa villa unde L. que fuit vxor P. et R. soror
sua queruntur quod H. e. m iniuste superpones
rat, nec permittas quod presatus H. in ea pas-
tura plura aueris habeat quam habere debet
at, et quam habere pertinet, secundum quā
titatem feodi sui quod ipse habet in eadem
villa ne oporteat. &c. T. &c. Cap. 14.

Rex viē salutem. Precipio tibi sine dilatatio-
ne precipias R. quod iuste et sine dilatatione,
permittat habere H. ariamenta sua in bosco
et in pasta de villa illa que habere debet
ut dicit, sicut ea habere debet et habere solet
et non permittas quod presatus R. vel alius
ei inde molestiam vel iniuriam faciat ne am-
plius. &c. T. &c. Cap. 15.

Rex viē salutem. Prohibeo tibi ne permittas
quod R. iniuste exigit ab S. de libero tenes-
mento suo quod tenet de N. de feodo ipsius
R. in illi villa plus seruum quam pertinet ad
illud liberum tenementum quod tenet. Et
aueria

poteris ea que capta sunt pro illa demanda
qua ille non cognoscit ad liberū tenementū
suum quod tēnet pertinere, ei replegiari faci-
as donec loquela illa coram nobis audiatur
et sciat utrum illud seruitum debeat vel
non. T. & c.

Cap. 16.

Rex vīe salutem. Precipio tibi quod iuste et
sine dilatatione facias esse rationabiles diuisas
inter terrām R. in illa villa et in partimentis
et terrā D. in illa villa sicut esse debent et
solent esse, et sicut fuerant tempore Regis Hen-
rici avi mei unde R. queritur quod A iniuste
et sine iudicio occupauit inde plus quam per-
tinet ad liberum tenementum suum de illa
villa ne oporteat. &c. T. & c.

Cap. 17.

Rex vīe salutem. Precipio tibi quod iuste et
sine dilatatione facias tenere rationabilem di-
uisam R. qua fecit fratribus Hospitalis Hierus-
alem de catalis suis sicut rationabiliter mons-
strari poterit quod eam fecit et teneti debet
at. T. & c.

Cap. 18.

Rex vīe salutem. Precipio tibi quod iusticie
R. quod iuste et sine dilatatione reddat N. ca-
tala sua vade queritur quod ea cepit iniuste,
et sine iudicio in libero tenemento suo in
catala

N. ii.

illla

Liber duodecimus

illa villa infra disseisinam quam inde ei fecerat iniusta assisam in eam unde ipse recuperauit disseisinam suam coram Iusticā meis per recognicionem de noua disseisina sicut rationabiliter monstrare potest quod ea habete debet at ne amplius. &c. Cap. 19.

Rex vii salutem. Precipio tibi quod ponas facias in respectum usque ad aliquem terminum competentem quando interiesis recognitionem que summonita est inter R. & M. de diuisis de illis villis que per iusticias meas de partibus illis iniuncta est tibi et H. coram vobis capere eam ad quam capienda ut dicitur attornasti alios loco vestro ad eam capiendam quia non est consuetudo quod ex quo aliquod negotium pertinens ad iusticias meas aliquibus injungetur tractandum quod ipsi id in alios transferant de re aliqua que ad iusticiam meam pertinet. T. & c.

Cap. 20.

Rex vii salutem. Precipio tibi quod iuste sine dilatione facias habere A que fuit uxoris R. rationabilem dotem suam. De toto feodo quod fuit prefati R. integrum et in omnibus salvo hereditate capitali in usuagio et eiusdem

Liber duodecimus. Fol. 23

dem uxori facias habere aliud mesuagium nisi aliqua terra in qua mesuagium non sit ei nominata sit in dotem. Et non remaneat ea quod feodum prefati R. sit de baronia mea quia nolo nec quis exigit quod uxores nullum propter hoc amittant dotes suas. De catallo autem que fuerunt prefati R. precipio quod ea omnia simul et in pace esse facias ita quod inde nil amoueat nec ad diuisam suam faciendam nec ad aliam rem faciendam donec debita sua ex integro redditur. Et de reiudo post si sit rationabilis diuisa sua secundum consuetudinem terre mee. Et si quid de catallo prefato R. remotum fuerit post mortem suam, reddatur ad alia catallo sua ad soluendum inde debitum sua. T.&c.

Cap. 22.

Rex illis iudicibus ecclesiasticis salutem. Prohibeo vobis ne teneatis placitum in curia Christianitis quod est inter N. & R. de laico feodo predicti R. unde ipse queritur quod N. eum trahit in placitum in curia christianitatis coram vobis, quia placitum illud spectat ad coronam et dignitatem meam. T.&c.

Cap. 23.

N. iii.

Rex

Liber duodecimus.

Rex viē salutem. Prohibe R. ne sequatur placitum in curia christianitatis quod est inter N. et ipsum de Jayco feodo ipsius R. in villa ipsa vnde ipse queritur quod prefatus N. inde eum traxit in placitum in curia christianitatis coram iudicibus illis. Et si prefatus R. fecerit te securum de clamore suo prole uero do tunc pone per vadum et saluos plegios predictum N. quod si coram me vel Iusticie meis eo die ostensurus quare traxit eum in placitum in curia christianitatis de Jayco feso do suo in illa villa, de sicut illud placitum spectat ad coronam et dignitatem meam.
T,&c.

Cap.23.

Predicta vero placita siue alia, qualiter vel quo iure deduci siue terminari habeant in diuersi comitatibus, omitto cum propter ipsorum comitatuum consuetudines diuersas, quis quidem singuli comitatus singulas obseruantur quia propositi mei brevitas illud non exigit cum non attendam nisi ad ea que in capitali curia regi fieri soleant et debeant.

Cap.24.

Sciendum preterea quod in brevi de recto quandoque

Quandoque minus continetur quam in peti-
tione ponatur in curia . Tum circa pertinen-
tiam tum circa alia, quandoque vero plus. Er-
ratur etiam quandoque, circa nomine aliquod
in breui ipso positum, quandoque circa quā-
titatem seruitū. Quando siquidem minus cō-
tinetur in breui quam in petitione, non plus
peti potest per breue illud quam in breui illo
contineatur. Quando vero plus cōtinetur in
breui quam in petitione remitti potest id q̄
de abundantia in eo cōtinetur et residuum
auctoritate ejusdem breui peti potest. Si vero
in nomine erratur districto iure, aliud breve
petatur. Quando vero circa quantitatem ser-
uitii eratur, districto quoque iure evanescit
breue. Contingit autem quandoque tenes-
mentum aliquod peti per minus seruitum
quam inde debetur. Vel quam inde fieri so-
lētē ipsi domino nunquid tenetur ipsi domi-
nus per breve illud rectū inde tenere inser-
uitii sui detrimentum. Evidem tenetur, sed
post euictionem si petentem euincere con-
tigerit regressum inde habere poterit versus
euictorem.

Cap. 15. Præterea sciendum quod
N. iii. secundum.

Liber Tertius decimus.

secundum consuetudines regni nemo tenet
tur respondere in curia doni nisi de aliquo
libero tenemento suo sine precepto domini
Regis vel eius capitalis Iusticiæ. Ita dico si lay-
cum fuerit feodum petitum. Verum si fuerit
placitum inter duos clericos de aliquo tene-
mēto, quod sit de libera elemosyna feodi ecclæ
ecclesiastici, vel si tenens ipse clericus teneat in
libera elemosyna feodum illud ecclesiasticū,
quicunque sit petens placitum inde debet es-
se in foro ecclesiastico de recto: nisi petatur
inde recognitio utrum fuerint liberum
feodum ecclesiasticum vel laycum feo-
dum. Vnde inferius dicitur tunc e-
stimam ista recognitio sicut quelibet
alii in Curia domini Regis
habet tractari.

Hic

CHIC INCIPIT LI-
ber decimus tertius de pla-
cis per assilas et recognitiones et de
diuersis disleininis.

Capitulo. L



Generalia que circa
 premissa placita
 de recto frequen-
 tia in curia con-
 tingunt, hactenus
 in parte sunt ex-
 pedita. Nunc vero
 ea que super seisis-
 nis solummodo
 videntur sunt, restant prosequenda. Que quia ex
 beneficio constitutionis regni que assisa nos-
 minatur in maiori parte transigi solent, per
 recognitionem de diuersis recognitionibus
 restat tractandum.

Cap. 2.

Est autem quedam recognitio que voca-
 tur de morte antecessoris. Quedam autem
 de ultimis presentationibus personarum in
 ecclesiis. Quedam utrum aliquod tenementum

sq

Liber Tertius decimas.

Si feodum ecclesiasticum vel laycum feodū.
Quedam virum aliquis fuerit seisisitus de aliis
quo libero tenemento die qua obiit ut defes-
edo vel ut de vadio. Quedam virum aliquis
sit infra etatem vel plenam habuerit etatem.
Quedam virum aliquis obierit seisisitus de aliis
quo libero tenemento ut de feodo vel ut de
vwarda. Quedam virum aliquis presentauerit
ultimam personā ad ecclesiā aliquam occasi-
one feodi sui quod in dominico suo habues-
rit, vel occasione alius vvardus. Et si que sūt
similia que in curia frequēter emergunt, pre-
sentibus partibus tunc ex consensu ipsorum
partium tuum etiam de consilio curie conside-
ratur ad aliquam controvēsiam terminandā.
Quedā autē rēcognitio est quedicitur de no-
ta disceis na. Cū quis itaque moritur seisisitus
de aliquo libero tenemento, ita quod indefuerit
seisisitus in dominico suo sicut de feodo su-
o, hēc eandem seisinā antecessori sui recte
petere potest, et si maior fuerit habebit tale
breue.

Cap. 3.

Rex viē salutē. Si G. filiu; T. fecerit te secundū
de clamore suo prosequēdo tūc sūmone per
bonos cūmonitores duodecimi liberos et lez-
gatē

gales homines de visine: o de illa villa q̄ sit corā me vel Iustic meis eo die parati sacramēto eo recognoscere si T. pater predicti G fuit sc̄sus in dominico suo sicut de feodo suo de vna virgata terre i illa villa die qua obiit. Si obiit post primam coronationē mēs et filie G propinquior heres eius est et interim tertia illa videat et nomina corū imbreuiarifacias & sumone per bonos sumonitores R. qui terrā illam tenet q̄ tūc sit ibi auditurus illā recognitionē. Et habeas ibi sumonitores. &c T. &c. Si vero antecessor ipse predicto modo se fuit iter arripuerit cundi in aliquam peregrinationem tune erit breue tale. Cap. 4.

Rex viē salutē. Si G filius T. fecerit te securū de clamore suo prosequēdo tūc lūmone per bonos sumonitores duodecim liberos et legales homines de visinetō de illa villa q̄ sit corā me vel Iustic meis eo die parati sacramēto recognoscere si T. pater predicti G fuit sc̄sus in dominico suo sicut de feodo suo de vna virgata terre in illa villa die qua iter arripuit versus Hierusalem vel versus Sanctum Iacobum in quo itinere obiit. Et si iter ipsum arripuit post primum coronationem mēam et

Liber Tertius decimus.
et si predictus G. propinquior eius heres sit. Et
interim. &c ut prius. Si vero infra etatem fuerit
sit heres ipse tunc breve tale erit.

Cap 5.

Rex vié salutem. Summone per bonos suis
monitores. &c omnia ut supra excepto hoc
quod in hoc brevi remittitur illa clausula in
principio scilicet. Si G. filius T. fecerit te secu-
rum de clamore suo prosequendo. Item in
medio omittitur illa clausula si T. pater pre-
dic. i G. obiit post primam coronationem meam.
Si vero habitura religionis assumperit tunc
breue secundum hoc varabitur hoc modo.

Cap. 6.

Rex vié salutem. Si G. filius T. fecerit te ses-
curredum .&c. omnia ut prius excepto hoc quod
in hoc brevi ponitur in medio parati sacra-
mento recognoscere si T. pater predicti G. fu-
it leitus in dominico suo ut de seculo suo de-
tanta terra in illa villa die qua habitum re-
ligionis assumpserit et si habitum illum as-
sumpsit post primam coronationem meam.
Et si predictus G propinquior heres eius sit et
interim terram illam videant. &c ut supra.

Cap. 7.

Accepto

Accepto itaque breui de morte antecessor
nis ab ipso vicecomite et in comitatu data se
cuitate ab ipso petente de clamore suo pro
sequendo tunc hoc ordine peruenit ad as
silam. Ab initio eligendi sunt duodecim li
beri et legales homines de vicineto secundā
formam in breui expressam. Presentibus pars
tibus scilicet tam petente quam tenente, vel
absente etiam ipso tenente, dummodo sumis
monitus fuerit taliter semel quod intere
set electioni illi Quia semel inde summatoen
dus est ut presens sit et audiat qui eligendi sit
ad illam recognitionem faciendam, et quos
dam etiam ex rationabili causa si voluerit re
cuset, et ab ipsa recognitione excludantur.
Si vero ad primam summonitionem in curia
recte testatam non venerit, ulterius non ex
pectabitur, immo etiam absente ipso eligantur
ipsi duodecim iuratores et deinde ex trans
missione vicecomitis facient visum vel
alterius tenementi cuius scilicet petitur via
tamen super hec habebit summonitionem
ille qui tenet. Nomina etiam illorum duode
cim electorum faciet vicecomes ipse imbre
vici. Deinde summonere faciet ipse vicecos

Liber Tertius decimus.

mes ipsū tenentē q̄ die statuta per breue re-
gis vel eius Iusticē sit corā rege vel ei s' Iusticē
auditurus illam recognitionem. Die autē pri-
ma et secunda se essoniare poterit is qui tenet
si major fuerit is qui petit. Terua vero die nō
poterit immo ad tertiuū terrā inū capietur rec-
ognitione siue veniat siue nō is qui tenet Quia in-
nulla recognitione super seisinā tantū prōdita,
currūt nūlī duo essonia. In recognitione ve-
re de noua disseisina nullum locū essonium ha-
bet. Tertio itaque die siue venerit tenet siue
nō capietur ut dictum est assisi. Et si iuratores
ipsi dizerint pro perente, adjudicabitur eiās
de seisinā, et precipietur vicecomiti q̄ eis eis
dā illā habere faciat per hoc breue. Ca. 8.

Rex vīc salutem. Scias quod N. diracio-
nauit in Curiā mea, seisinam tante terre in
alla villa per recognitionem de morte illius
antecessoris sui versus R. E video ubi prēcipio
quod seisinam illam ei fine dilatatione habere
facias, T. &c. ad 1. 11. 10

Cap 9.

Cum seisinā autem illa recuperabit etiam in
seisinā omnium catalogorum et omnium res-
sum que in feodo illo tempore faciēde se sine
invento

intuente fuerint, post seisinam vero plene recuperatam, poterit is qui seisinam amiserit super recto placitare per breue de recto, sed post quantum temporis post restitutionem plene faciat.

Cap. 10.

Sin autem pro tenente absentie iuratus fuerit, ei deinde seisinat sine recuperatione quam aduersarius eius possit inde habere remanebit. Placitum tamen de recto, seisina illa non admittit, sicut nec placitum de recto super aliquo tenemento recognitionem de petenda seisina alicuius antecessoris de eodem testamento extinguit, antequam duellum si index vadi-tu. Sed qualiter tunc punietur in eo cōtempnus cutie.

Cap. 11.

Viroque vero presente in curia queri solet ab ipso tenente utrum velit aliquid dicere quare inde assisa remanere debeat. Unde sciendum est quo i maior quandoque contra minorem petit huiusmodi recognitionem. Quodque minor contra iuore Quodque minor contra minorem quandoque maior contra maiorem. Tunc generaliter remanebit assisa qui tenet consiteatur in Curia illam antecessori eius seisina petitur fuisse inde seisinata.

Liber Tertius decimus.

seisitum die qua obiit in dominico suo, sicut
de feodo suo, cum ceteris articulis in brevi illo
expressis. Sive vero seisina ipsi, solummodo
concedatur, alii articulis non admisis, tunc
super articulo vel articulis non admissis pro-
cedat assisa. Romanere autem solet assisa hu-
zusmodi pluribus ex causis verbi gratia. Si a
tenente ipso dicatur ipsum petentem inde fu-
isse seisitum post mortem patris vel alicuius
antecessoris sui, siue ille antecessor suus fuerit
inde seisitus siue non die qua obiit, & dum in ta-
li seisina fuit, tantum inde versus eum fecisse
quare de cetero assisa inde esse non debet.
Velut si tenementum ipsum ei vendiderit,
vel donauerit, vel quietum clamauerit, vel a-
lio legitimo modo alienauerit, et tunc inde
poterit inter eos perueniri ad duellum. vel
ad aliam visitatam probationem, que in curia
super recto alicuius rei recipi solet. Item si
dicatur ab aduersario ipsum petentem, alia
vice ei inde mouisse litem, et tunc finem inter
eos factum in Curia domini Regis. Vel per
hoc tenementum ipsum remansisse ipsi te-
nenti per finem duelli, in quacunque etiam
curia vel per iudicium vel per quietam clamati.

Item

Item villenaginm in Curia obiectum et probatum versus ipsum perentem , assisam adimi . Idem quoque facit exceptio bastardie . Carta quoque Regia qua specialiter expressum fuerit vel confirmatur , ipsi tenenti tenementum cuius seisinā petitur per assisam . Plurium item heredum coniunctio , mulierum scilicet in feodo militari , vel masculorum vel femininarum in libero socagio . Item si concedatur antecessorem illum cuius seisinā petitur habuisse inde qualemcumque seisinā , scilicet per ipsum tenentem vel per aliquem antecessorem eius , veluti in vas dium , vel ex commodato , vel alia huiusmodi causa , eo ipso remaneat recognitio illa , et alio modo placitum inde procedet . Item consanguinitas assisam ipsam adimit . Scilicet si p. qui petit et is qui tenet fuerint de illo stipite unde hereditas descenderit cuius seisinā petitur . Ita dico si hoc fuerit in curia obiectum et probatum . Item in casu illo supra tractatu de maritagio , ubi primogenitus frater post mortem fratris donauit quandam partem terre sue , qui obiit sine herede de corpore suo , ubi quidem sicut et in similibus casibus

Liber Tertius decimus.

remanet assisa huiusmodi. Hac ratione quia non potest aliquis simul esse heres alicuius tenementi et dominus. Item si conuictus fuerit vel confessus is qui petit quod aliquando fuit in Gverra versus dominum Regem, ex ipso remanet assisa quam versus alium ita pettit in curia. Item ratione burgagii cessares sollet assisa, per aliam assisam ex causa maioris utilitatis in regno constitutam. Non obiecta autem aliqua exceptione in Curia quare assisa ipsa remanere debet, procedet quidem recognitio. Presente utraque parte per iuramentum duodecim iurantium et secundum eorum verdictum judicabitur unius vel aliis illis sub forma prescripta in hoc libro.

Cap 12.

¶ Cum vero minor contra maiorem petit huiusmodi seismam, tunc quidem locum non habet effonium maioris versus minorem, quia prima die procedet inde recognitio siue veniat is qui tenet siue non, et haec generali ratione. Quia quotiescumque tenens ipse nil dicere possit si presens esset in Curia quare assisa talis remanere debeat, de hinc quidem procedet recognitio, non excepta

pectata presentia partis aduersa. Sed si presens is fuerit versus quem petit, nil dicere posse (ut dictum est) ipsum minorem inde secifesse quarto assisa remanere deberet. Et ideo praece procedet inde recognitio, siue presente tenente maiore, siue absente, iuxta formam prescriptam. Et sic restitutione inde facta ipsi minori per recognitionem, etas ipsius minoris expectabitur super placito de recto. Cum minor vero contra minorem petit, eo modo sine aliqua variatione procedat recognitio, ut inter minorem et maiorem procedere solet.

Cap. 13.

Cum vero maior contra minorem petit, poterit quidem minor contra maiorem solido modo se effoniare. Qui cum venerit occasione etatis dilationem inde petere potest, ut inde non capiatur recognitio donec plena habuerit etatem. Et ita ratione etatis, remaneat soles recognitio de morte antecessorum. Sciendum tamen quod oportet ad hoc ut remaneat assisa tali ratione etatis, quod, dicit minor se esse in seissa tenementi, unde petitur seissa, et ideo non debere recognitionem illam procedere antequam

Q. ii. etater

Liber Tertius decimus,

etatem habeat. Et etiam quia pater eius vel 22
lius antecessor suus inde fuerit seelitus die
qua obiit. Occasione enim seelinae alicuius te-
nimenti quam aliquis infra etatem constitua-
tus perquirit; et iure suo tantum retinet, non
remanet verius eum recognitio vel etiam
placitum super proprietatem. Si vero replicar-
tur contra ipsum minorem, antecessorem su-
um obiisse seelitum de tenemento unde pes-
titur seelina per recognitionem, non tamen
ut de feodo sed ut de warda. tunc quidem li-
cet principalis recognitio ratione etatis mi-
noris remanere deberet, tamen super hoc
procedat ista recognitio, scilicet vtrum antec-
cessor eius qui infra etatem est, fuerit inde se-
elitus ut de feodo vel ut de warda die qua obi-
bit. Et summonebitur inde assisa per hoc
breue.

Cap. 14.

¶ Rex vicecomitis saltem. Summione per
bonos summionites duodecimi liberos et
legiles, homines de vicineto de illa villa,
quod sint coram me vel Iusticiis meis ad il-
lam terminum parati sacramento, recoga-
noscere si R. pater N. qui infra etatem est se-
elitus fuit in dominico suo de una carucata.

terre

Liber Tertius decimus. Fol. 10r.

terre in illa villa vnde M filius et heres T peti
tis recognitionem de morte ipsius T patris
sui versus ipsum N ut de feodo suo die qua
obijit vel ut de vvarda. Et interim terram illa-
lam videant. Et nomina eorum imbreuiari
facias. Et summone per bonos summonito-
res predictum N qui terram illam tenet,
quod tunc sit ibi auditurus illam recogni-
tionem. Et habeas. &c.

Cap. 11.

¶ Notandum tamen quod si dies ad
hoc datis fuerit utrique existet in curia, tunc
non oportet renentem inde summoneri, pro-
ceder siquidem super hoc recognitio per sac-
ramentum duodecim iuratorum, et iuxta eos
orum veredictum declarabitur qualis se-
sinam habuit antecessor eius qui infra etat-
em est die qua obiit, de illo tenemento vna-
de contra cum petitur recognitio. Et si pro-
betur ita antecessorem ipsum minoris nul-
lam inde habuisse se sinam die qua obiit nisi
ut de vvarda, tunc is qui contra minorem
petit se sinam, versus ipsum minorem recus-

O. iii. perabit.

Liber Tertius decimus.

perabit. Sed nunquid hoc solum sufficeret ad seisinam ipsam recuperandam: quod non videtur, quia non per hoc constet antecessorum ipsius qui petit inde fuisse seisitum in dominico suo ut de feodo suo die qua obiit, nec etiam ipsum patrem esse propinquos rem eius heredem, contra vero dicitur quod hoc ipso probato nullum ius habeat inde minor ipse seisinam ipsam de cetero retinendi. Sed si hoc est, cui restituenda est. Nunquid ergo ad principalem recognitionem super hoc erit recurrentum? Sin autem per sacramentum duodecim iuratorum probatum fuerit antecessorem ipsius qui infra etatem est inde fuisse seisitum die qua obiit ut defedo, tunc seisina ipsi minori remanebit in pace donec plenam habuerit etatem. Sed nunquid alio tempore de cetero in talibus suis audiendus est adversarius eius vel heredes suis saltem super proprietatem ipsius testamenti versus ipsum minorem postquam habuerit etatem vel eius heredes? Preterea, contra minorem procedat recognitio in illo unico casu qui supra notatus est in tractatu qui est de herribus qui infra etatem sunt.

Proces

Liber Tertius decimus. Ep. 10.

Procedente vero assisa que est contra minorem, si ei per assisam ipsam seisina remanserit, super proprietate non respondebit donec plenam habuerit etatem. Generaliter enim verum est quia de nullo placito tenetur respondere is qui infra etatem est, per quod possit exheredari, vel per quod amittere possit vitam vel membrum, donec plenam habuerit etatem de aliis tamen quibusdam tenetur. Ut de debitis paternis, vel propriis, et de nouis discipulis. Si autem petensi contra minorem adiudicetur seisina: facienda erit ei restitutio sub forma prescripta. Nec ipsis minori super recto respondebit donec plenam habuerit etatem, sicut nec ille sibi, et hac generali ratione quia illa que cum illis fiunt in huiusmodi placitis qui etatem non habent stabilia et firma esse non oportet. Si vero minori etatis priuilegium alleganti in curia obiciatur eum plenam habere etatem, solet hoc per recognitionem octo liberorum et legalium hominum declarari qui ad hoc per tale breue summonendi sunt.

Cap. 16.

Q. iii

Rex

Liber Tertius doctimus.

¶ R ex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores octo liberos et legales homines de vicineto de illa villa vbi petitum tenementum est, quod sint coram me vel iustis meis eo die parati sacramento recognoscere virum N qui clamat unam fidem terre in illa villa per breue meum versus R sit talis etatis quod inde placitare possit et debeat, et interim terram illam videant et nomina eorum imbreuari facias et summone per bonos summonitores illum qui terram illam tenet quod sit tunc ibi auditurus illam recognitionem. Et habeas. &c. T. &c.

Cap. 17.

¶ Si itaque probetur per tales recognitionem etas illius de curia etate queritur, cum eo de cetero agetur, sicut cum etatem habente quantum ad principalem recognitionem. Sed nunquid generaliter etiam quantum ad aliorum impulsionem maioris censembitur ille etatis occasione hujus recognitionis ita quod de cetero non possit versus alios se etatis priuilegio tueri? Si vero per recognitionem ipsam iudicetur minoris etatis, minor gaudebit priuilegio quantum ad principalem

principalem illam recognitionem, sed nuna
quid ad alios et aliorum impeticiones?

Cap.18.

Sequitur de recognitione de ultimis presen-
tationibus personarum. Contingente ita:
que aliquam ecclesiam vacare, si fuerit con-
troversia super presentatione poterit contro-
uersia illa per recognitionem de ultima pre-
sentatione decidi alterutro litigantium id in
Curia postulante super quo tale breve im-
petrabit. Cap.19.

Rex vicecomiti salutem. Summone per
bonos summonitores duodecim liberos et
legales homines de visiacto de villa illa,
quod sint coram me vel Iusticiis meis eo die
parati sacramento recognoscere, quis aduo-
catus presentauit ultimam personam que ob-
igit, ad ecclesiam de illa villa que vacans est
ut dicitur. Et unde N. clamat aduocationem
et nomina eorum imbreuiari facias. et sum-
mone per bonos summonitores R qui pres-
entationem ipsam deforciat, quod tunc sit
ibi auditurus illam recognitionem et habes-
as &c T.&c. Cap.20.

De effoniis autem in hac recognitione,
pater

Liber Tertius decimus

petet ex predictis procedente siquidē recogni-
tione siue utroque presente siue altero ab-
fente, is cui seorsim sui vel alicuius antecessor-
um suorum adiudicabitur ultima presenta-
tio, oo ipso seorsim ipsius aduocationis intel-
ligetur diracionasse. Ita quod ad presentatio-
nem ipsius prima persona in ea ipsa ecclesia
vacante, per Episcopum loci instituetur. Dū-
modo persona idonea fuerit, que ecclesiam
per eius presentationē adeptam, tota vita sua
obtinebit quicquid de iure aduocationis co-
tingat. Poterit is contra quem iudicatum est,
de ultima presentatione per recognitionem
verius alium vel suos heredes super iure ad-
uocationis placitare, quod qualiter fieri de-
bet in superioribus expeditū est. Queri au-
tem potest, ab inicio utrum aliquid dici pos-
sit quare assisa ista remanere debet, et pos-
test quidem ad hoc dici, scilicet tenente ip-
sum concedere antecessorem petentis ultimam
in iure fecisse presentationem sicut ve-
rum dominum et primogenitum heredem:
sed postea feodum illud ex quo pendet ad-
uocatio, ei vel antecessoribus suis contulisse
aliquo vero titulo. et ita eo ipso remanet
assisa

missa erit placitum super exceptione ipsa inter ipsos litigantes deinde esse poterit. Sus per hac autem exceptione, recognitionem desiderare potest alterutrum litigantium. et eam habere poterit. Preterea concedi potest ab alterutro litigantium. aliquum, vel alii quem eius antecessorem ultimam fecisse presentationem. Sed non ut de feodo, sed ut de vwarda; et super hoc petere potest recognoscitionem et inde obtinebit, et summonebis per recognitio per hoc breue.

Cap. 21.

¶ Rex vicecomiti salutem. Summone per bonos summonitores duodecim liberos et legales homines de vilineto de illa villa quod sint coram me vel Iusticiis meis ad illum terminum, parati sacramento recognoscere si R. qui presentavit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam illam occasione tenementi quod tenuit in illa villa fecerit illam presentationem ut de feodo vel ut de vwarda. Et interim tenemus cum illud vidcant, et nomina eorum inseruiantur.

Liber Tertiusdecimus.

in breuiari facias. Et summone per bonos
summonitores illum, qui presentationem illi
iam deforciat, quod tunc sit ibi &c.

Cap.22.

Et sic per recognitionem hoc declarato
sive de vvarda facta fuerit ultima presentatione
ipius ultimi presentationis, exspirat presentationis
aduocatio et ad alterum spectabit ipsa
presentatio. Sin autem ut de secundo cire
manebit ipsa presentatio.

Cap.23.

Sequitur de illa recognitione, qua de-
claratur de aliquo tenemento vrum illud
sit laicum an ecclesiasticum desiderante ita
que alterutra partium inde recognitionem,
per tale breue inde summonebitur recogni-
tio.

Cap.24.

Rex vicecomiti salutem. Summone per
bonos summonitores duodecim liberos et
legales homines de vicineto de illa villa
quod sint coram me vel Iusticiis meis eo die
parati sacramento recognoscere, vtrum una
hida terre quam N persona ecclesie de illa
villa clamat ad liberam Elemosinam ipius
ecclesie sue versus R in illa villa sit laycum
secundum

Feodum ipsius R. an feodium ecclesiasticum.
Et interim terram illam videant et nomina
eorum imbreuiari facias. Et summone per
bonos summoneatores predictum R. qui ter-
ram illam tenet quod tunc sit ibi auditurus
illam recognitionem. Et habeas ibi. &c. T. &c.

Cap 25.

In hac recognitione, sicut nec in 23
qua qualibet preter recognitionem de mag-
na aliis locum non habent nisi duo effonia
quia nulquam admittitur tertium nisi va-
bi potest iudicari de infirmitate virum sic
languor an non. Quod cum in recognitionis
bus fieri non soleat: merito tertio effonio cas-
tent ipse recognitiones. Procedit autem ista
recognitionis sub forma superscripta de aliis re-
cognitionibus Sciendum tamen quod super
recognitionem ipsam probetur teherencus
tam ipsum esse de feodo ecclesiastico, de ce-
taro trahi non potest ad laicum feodium his
et peti possit ab aduersa parte teneri de ces-
cilia per debitum setuatum.

Cap 26.

Sequens

Liber Tertius decimus

Sequens est post predicta, de illa recognitio-
ne trahare, que fieri solet utrum scilicet alia-
quis obierit seisitus de aliquo tenemento li-
bero, ut de feodo, an ut de vadio. Cum quis
petit aliquod tenementum sibi restitui tan-
quam vadium suum, quod vel ipse vel aliquis
antecessorum eius inuadauerit, si is qui tes-
net non recognoscat tenementum ipsum ad
vadium sed dicit in curia se inde seisitum, ut
de feodo, sic inde ad recognitionem solet per-
veniri, et per hoc breue summonebitur inde
recognitione.

Cap. 27,

Rex viē salutem. Summone per bonos suis
monitores duodecim liberos et legales hos-
mines de vicineto de illa villa, quod sint co-
gam me vel Iustici mei, eo die, parati sacra-
mento recognoscere virū N teneat unam cas-
trucatam terre in illa villa q̄ R. clamat versus
eum per breue meum in feodo an in vadio,
inuadatam ei ab ipso R. vel ab H. antecessor
re eius, vel sicut vtrum illa carucata terre quam
R. clamat versus N in illa villa per breue mes-
um, si feodium vel hereditas ipsius N an in
vadio inuadata ei ab ipso R. vel ab ipso H.
antecessore eius. Et interim terrā illam videā-
ant eę

Liber Tertius decimus. Folio;

Ant et non in ea corū imbreuiari facias. Et sā-
mone per bonos summonitores prefatum N
qui terram illam tenet, quod tunc sit ibi au-
diturus illam recognitionem. Et habeas ibi
&c. Cap 28.

Verum quandoque contingit aliquem te-
nere aliquod tenementum in vadio, ita quod
inde moritur sevisus ut de vadio. heres quo-
que eius occasione talis sevisine querit breue
de morte antecessoris, versus verū heredē qui
adeptus est huiusmodi tenimenti sevisinam.
Et tunc quidem si recognoscatur ab ipso tes-
tante antecessorem ipsius parentis obiis-
se sevisitum, sed ut de vadio et non ut de feo-
do tunc quidem et hac de causa peruenitur
ad predictam recognitionem et per hoc bre-
ue summonebitur recognitio.

Cap. 29.

¶ Rex vicecomiti salutem. Summonose
per bonos summonitores duodecim &c.
quod sint &c. parati sacramento recognoscere
re, utrum N pater R fuerit sevisus in dominia
eo suo ut de feodo an ut de vadio de una cas-
tucata rente in illa villa die qua obiit. Et inter-
im &c. Cap. 30.

Probare

Liber Tertius decimus.

¶ Probato autem per recognitionem ipsam quod sit vadū, tunc is qui tenet et fecos dum esse dixit termentum ipsum amittere. Ita etiam quod ad debitum ipsum non recuperabit occasione illius vadii. Sin autem recognoscatur ad feodium ipsius qui tenet, tunc is qui petit de cetero nullum habebit inde recuperare nisi per breve de recto. Quem potest utrum in hac recognitione siue in alia qualibet, expectandus sit warrantus alicuius. Qualisunque sit warrantus vel qualisunque de causa warrantus inde esse debet, presertim si post duo essonia vocentur super hoc in Curia warrantus.

Cap. 31.

¶ Alię autem recognitiones que restant partim in predictis recognitionibus expositae sunt. Partim vero per iudicium in curia ex verbis utriusque partis redditum possunt explicari. Ecce enim de illa recognitione utrum quis sit infra et item an non mensio aliqua et notitia habetur supra, libro quarto insin. Cap. 15 & 16. & 17. Similiter et de illa

de illa recognitione vtrū quis fuit seisiſtis de aliquo libero tenemento die quo obiit ut defodo an vt de vvarda supra libro .4. cap 13. 14. & 15. Similiter et de illa recognitione vtrū scilicet quis presentauerit ultimam personam occasione feodi sui an vvardre supra libro .4. ca. 20. & 21 & 22. He recognitiones alias sequuntur predictas in eſſonis et quibusdam rationib⁹ procedūt vel remanēt ſicut ille. Cap. 32 Postremo de illa recognitione que appellatur de noua diſſeifina reſtar dicendum. Cum quis itaque in ſra affiſam domini regis id eft in ſra tempus a domino rege de conſilio procerum ad hoc conſtitutum, quod quandoque maius quandoque minus cenſetur, aliū iuſte et ſine iudicio diſſeifuerit, de libero tenemento ſuo diſſeifito huius conſtitutionis beneficio ſubuenitur et tale breue habebit. Cap. 33.

Rex viç ſalutem. Queritus eſt mihi N. q. R. iuſte et ſine iudicio diſſeifuit eum de libero tenemento ſuo in illa villa, poſt ultimam trāſfretationem meam in Normaniam. Et ideo tibi precipio quod ſi prefatus N. fecerit te ſecuſum de clamore ſuo prosequendo, iunc facias tenementum illud reſeſiſtide catallis que in

Liber Tertius decimus;

eo capta fuerunt, et ipsum tenementum cum
catallis esse facias in pace usque ad clausum
pasche, et interim facias duodecim liberos et
legales homines de vicineto videre terram illa-
m et nomina eorum imbreuiari facias et
summone illos per bonos summonitores qd
tunc sint coram me vel Iustici meis parati in-
de facete recognitionem. Et pone per vadum
et saluos plegios predictum R. vel balliuum
suum si ipse non fuerit inuentus, quod tunc
sit ibi auditurus illam recognitionem. Et has
beas ibi. &c. T.&c.

Cap. 34.

Brevia autem de noua disseisina diuersis
modis variantur secundum diuersitatem te-
nementorum in quibus fuerint disseisine. Si
autem aut leuetur fossatum aliquod, vel pro-
fertetur, aut si exalteretur stagnum alicuius
molendini, infra assidam domini Regis ad nos-
tumentum liberitenamenti alicuius secundum
hec brevia variantur in hunc modum. Ca 35.
Rex vii salutem. Quem est mihi N qd. R iniuste
te et sine iudicio leuavit quoddam fossatum
vel prostravit, in illa villa ad documentum li-
beritenamenti sui in eadem villa post ultimam
transficationem meam in Normaniam. Et
ideo

Liber Tertius decimus Fol. x3;

ideo tibi precipio q̄ si prefatus N. fecerit te securū de clamore suo prosequēdo, tunc facias duodecim liberos. &c videte fossatū illud et tenemētū et nomina ecrū imbreuiari facias. Et sūmonē per bonos summonitores. &c. vt prius.

Cap. 36.

